per hoc sequuta fuerit sñia declaratoria iudicis quod etiã nota. Et illud cõsilium Bar. etiã refert ꝛ sequitur ipse Pau. de ca. in. l. ij. in prin. in. j. col. ff. so. mat. de quo dicto feci mentionem in. l. j. in xij. col. C. de exec. rei iudi. ꝛ in auť. agricultores. C. q̃ res pig. oblig. nõ pos. ꝛ in. l. si quis ne questio. in. iij. col. ff. de q̃stio. ꝑ quo dicto faciunt optime dicta per Cy. ꝛ Bald. post glo. ibi in. l. vbi adhuc. in xj. q. C. de iure do. vbi dicũt qđ licet mulier in dote habeat plura 119 priuilegia† tamen nõ potest agere hypothecaria contra tertios possessores nisi primo fecerit excussionẽ in bonis mariti, quã doctrinã videtur approbare Bal. nouellus in tracta. de dotibus. in viij. parte. in pe. priuilegio, licet ipse in eodẽ tracta. in. vij. parte. in xxiij. priuilegio conetur impugnare. d. cõsilium Bar. ꝛ male iudicio meo, vide tamẽ omnino que ego dixi in sing. meo. cclxxiij. incip. licet regulariter, ꝛ que dixi in alio sing. meo. ccccv. inci. ius sibi dicere ꝛc. ꝛ Soci. in consi. suo. cxj. incip. visa ꝛc. in. ij. col. in. iij. volu. Modo ex supradictis oĩbus videť cõcludẽdũ in principali questione nostra de bãnito, vcꝫ ꝙ ad hoc vt bãnitus possit puniri pro bãnito ꝛ ad hoc vt iura loquẽtia de bãnitis habeãt locũ in bãnito nõ sufficit qđ fuerit cõtumax ꝛ habitus pro cõfesso ex forma. l. vel statuti sed requiriť qđ super hoc sequuta fuerit sentẽtia declaratoria iudicis. Sed cõtra predicta ꝙ non requiratur sentẽtia iudicis sed satis sit de sentẽtia legis vel statuti. adduci põt text. ꝛ gl. 120 in. c. pro humani. de homi. in. vj. vbi habeť ꝙ post sentẽtiã† ipso iure ꝑlatã fit executio libere etiã aliter nõ citato ipso cõdẽnato: itẽ facit optime glos. in. l. pe. §. cũ auť. C. ad treb. que dixit ꝙ suffi121 cit quẽ esse cõtumacẽ cõstare ex actis absqꝫ eo† ꝙ iudex pronuntiet seu declaret illum esse cõtumacẽ, ꝛ illã glo. dixit ad hoc singu. et vnicã in iure. Bal. ibi in vlti. col. ex qua dicit qđ si statutũ dicit qđ cõtumax ponatur in bãno qđ isto casu nõ est necesse qđ iudex interloquať vel pronũtiet illum fore cõtumacẽ. Et illã glo. etiam alleg. Bald. pro sing. in auť. sed cũ testator. in pe. col. versic. quero nunquid. C. ad. l. fal. ꝛ in. l. j. in. iij. colũ. ver. scias auť. C. ne ex delic. defun. vbi alleg. d. gl. de qua glo. etiã loquutus sum. s. in. §. postꝙ. nu. 42. ¶ Itẽ etiã pro hac parte facit optime tex. iũcta glos. in. c. extirpãde. de prebẽ. vbi dicit tex. qđ rector parochialis ecclesie in ea nõ residẽs vel nõ tenẽs ibi vicariũ priuať ipsa ecclesia. ꝛ glo. ibi dicit ipso iure, ꝛ sic per sñiam. Itẽ pro hac parte facit glos. no. in. l. j. C. de his qui. vt indig. que dixit qđ pena apposita nõ vendicãti mortẽ defuncti ipso facto est inflicta heredi. qñ habuit facultatẽ vindicãdi ꝛ nõ vindicauit, de qua gl. facit festũ Bar. in. l. in cognitione. ff. ad sille. ꝛ Abb. in. d. c. extirpãde. §. j. in vlti. col. de preben. Et facit gl. iũcta tex. i. c. iij. de rapto. vbi dicit ꝙ excõicãtur spoliãtes naufragiũ patiẽtes, nisi ablata restituãt. ꝛ ibi glo. dicit ipso iure, ꝛ sic nõ per sñiam iudicis. Itẽ facit etiã pro hac parte tex. in. c. vnico. de iniur. in. vj. vbi diciť qđ cõtra personas ecclesiasticas nõ pñt cõcedi represalie, ꝛ illi qui cõtra fecerint sñiam excõicationis incurrant, ꝛ glo. ibi dicit qđ incurrũt illã excõicationem ipso iure nõ per sñiam. Itẽ facit glo. in. c. si quis suadẽte. xvij. q. iiij. vbi tex. dicit qđ si quis manus violẽtas posuerit in clericũ qđ incurrit excõicationẽ. ꝛ ibi glo. dicit qđ eam incurrit ipso iure nõ per sñiam. Itẽ facit text. in cle. j. de sepul. vbi diciť qđ ille qui sepelit manifestum vsurariũ sine licentia superioris: sed ex temeritate sua qđ incurrit excõicationẽ ipso iure nõ per sñiam. Et facit glo. in cle. j. de sen. excõ. in versi. excõicationis, q̃ enumerat quinquaginta casus in quibus incurriť excõicatio ipso iure nõ expectata sñia iudicis. Et faciũt dicta per Abba. in. c. qꝛ in oĩbus. extra de vsu. Item pro hac parte facit tex. iuncta glo. in. l. prouidẽdũ. C. de postu. vbi tex. dicit quod si quis sine iusta causa recusauerit patrocinium suum alicui quod tunc talis foro careat, ꝛ ibi glo. dixit ipso iure et non per sententiam. quam glo. dixit ibi singu. Ange. ꝛ facit etiã glos. in. l. si cũ dies. in. §. cõpromisso. in verbo, cõmitti. de arbi. ꝛ ibi doc. vbi tex. dicit penã cõmitti. ꝛ glo. ibi dicit ipso iure. ꝛ facit tex. in. l. ij. in verbo, nulla. ff. de iudi. itẽ pro hac parte facit tex. ꝛ ibi doctrina Ange. in auť. de litig. in. §. fi. vbi dꝫ qđ ille qui litẽ derelinqt cadita iure suo. ꝛ Ange. ibi dicit qđ ille tex. intelligiť ipso iure non auť per sñiam. Itẽ facit pro hac parte qđ voluit Bal. i addi. Spe. in ti. de loc. in. vij. colũ. in fi. vbi tenet qđ si emphitheota nõ soluit 122 canonẽ debito tpe cadat† ipso iure a iure suo ꝛ non requiriť sñia iudicis, qđ etiã tenet do. Alex. in cõsi. suo. cclxvij. qđ incip. visa ꝛc. Bal. in auť. q rẽ. C. de sac. san. eccle. ꝛ Angel. in. §. si vero. in auť. de nõ alie. ꝛ do. Anto. in. c. potuit. de loca. ꝛ ibi Ioã. de imol. ꝛ idem Io. de imo. in repe. c. fi. de prescri. post med. ꝛ in. c. ex parte. de feu. in. ix. col. ꝛ Sali. in. l. ij. C. de iur. emphi. in. iij. q. ꝛ idẽ tenet Ange. in cõsi. suo. cccx. inci. in themate predicto. ꝛ Abb. in cõsi. lxxiij. incip. duo principalia. ꝛ Bal. in cõsi. ccclxxvij. incip. ad euidentiã in j. volu. ꝛ in cõsi. ccccvj. incip. super facto. in. iiij. volu. ꝛ Alex. in ꝯsi. ccxxix. incip. circa ꝓcessum. in pe. col. vbi oẽs predicti doc. tenent hãc partem, ad qđ tñ vide que dixi. s. in hoc. §. nu. 116. ¶ Et sic ex istis reddiť dubia supradicta qđ de bãnito. Quid ergo dicẽdũ, docto. in hoc dubitabili passu veniũt ad hãc distinctionẽ ꝛ cõcordiã, vcꝫ qđ aut lex vel statutũ loquiť ꝑ verba futuri tpis ꝛ tũc requiriť sñia iudicis: qꝛ verba futuri tpis nõ sunt cano. late sñie sed ferẽde vt voluit glo. in. d. c. iubem⁹. §. sane. C. de sac. san. ec. ꝛ in. l. in crimi123 nali. C. de iu. om. in. auť† lex loquiť ꝑ verba ꝑteriti tpis ꝛ tũc non requiriť sñia, aut loquiť ꝑ verba futuri tpis quibus adiuncta sunt aliqua verba precisa ꝛ importãtia canonẽ late sñie, ꝛ tũc nõ requiriť sñia. Exẽplũ ponũt si lex vtať verbo ipso iure eoipso facto vel similia: vt est verbũ mox, allegant q̃ habenť in auť. de ince. nup. in prin. ꝛ in. c. cũ q. de prebẽ. in. vj. ꝛ idẽ dicũt de verbo penit⁹ vel prorsus vel oĩno. alleg. tex. in auť. vt de fun. seu fune. ꝛ gl. in. l. si q. C. de postu. Et idẽ si lex vtať verbo modis oĩbus vt ꝓbať in. d. auť. vt de fun. seu fu. ita finaľr dicũt doc. in. d. l. eius q delatorem. ꝛ in. d. l. imperator. ff. de iure fis. ꝛ i. d. l. ij. C. de iure emphi. et Matha. i no. suo. cxxj. inci. nota qđ vbicunqꝫ ꝛc. ꝛ Lu. ro. in sing. suo. j. ij. ꝛ. iij. et ista distinctio ꝛ ꝯcordia cõiter fit ꝛ teneť a doc. in locis superi⁹ allegatis. ¶ Ego auť in iudicãdo ꝛ ꝯsulẽdo tenerẽ primã opi. s. ꝙ requirať sñia iudicis declaratoria nõ attẽta hac distinctione, et hoc ꝑ tex. cui nõ põt rñderi i. d. c. cũ sm. §. fi. de here. in. vj. vbi text. vtiť verbo preciso oĩmodo qđ importat canonẽ late sñie. s. ipo iure: tñ dicit ibi papa qđ requiriť sñia iudicis, itẽ etiã ꝑ tex. ꝛ glos. in auť. ad hec. C. de vsu. vbi tex. vtiť verbo preciso. s. oĩmodo qđ importat canonẽ late sñie: vt volũt doc. in dictis locis, attñ dicit ibi glos. qđ illa verba intelliguť ipso iure vel ꝑ exceptionẽ qđ est veri⁹, ideo nõ audeo recedere a prima opi. cogita ꝛc. Et scias qđ si in lege vel statuto nõ exprimereť qđ qs incurreret penam ipso iure nec per 124 sñiaꝫ† tũc semp dꝫ intelligi ꝑ sñiam. ita dixit Bal. i. l. j. C. de legi. in fi. verbis qđ est diligenter notã. Remaneo igiť in qõne prime formata qđ lꝫ ex forma legis vel statuti cõtumax debeat haberi ꝑ cõfesso, qđ tñ ad hoc vt executio bãni possit fieri cõtra eũ erit necessaria sñia iudicis declaratoria sup hoc ꝑ iura ꝓalle. Nõ omit125 to tñ vnũ, vcꝫ ꝙ vbicũqꝫ essemus in notorijs† nõ requireret sñia iudicis quõcunqꝫ loqueret lex sm do. Anto. in. c. peruenit. el. j. de app. ꝛ Hemi. in. d. c. cũ sm. in. d. §. fi. qđ etiã tenet Abb. in. repe. c. ad nostrã. i. iij. col. de iureiu. ꝛ in. c. ecclesia sancte Marie. de ꝯsti. ꝛ hoc ꝑ tex. ꝛ ibi voluit Bar. in. l. ictus fustiũ. ff. de his qui no. infa. vbi ꝓbať sm vnã lecturã qđ in notorijs nõ requiriť cause cognitio nec solẽnitas sñie, ꝛ facit qđ voluit Pet. de ancha. in cõsil. suo 126 cxcvij. incip. subtiliter ꝛ ad plenũ. in fi. j. col.† vbi dixit qđ in notorijs solẽnitas iuris relaxať. alleg. c. j. de elec. ꝛ. c. ad nostrã. de iureiur. de quo etiã ꝑ do. Feli. in. c. ecclesia sancte Marie. in. ix. col. de cõsti. Et facit etiã qđ no. Barto. in. l. ij. in. §. si de frumẽtaria. ff. de admi. rerũ ad ciui. perti. vbi dixit qđ valet sñia lata parte absente 127 ꝛ nõ citata† qñ constat eidẽ parti nullã defensionnẽ cõpetere, qđ dictũ sequiť Abb. in. c. ex insinuatione. de app. ꝛ in. c. j. in. ij. col. de cã pos. ꝛ ꝓpri. ꝛ in. c. cũ olim. in. vj. col. post Host. ibi de re iudi. Et idẽ voluit Bal. in. l. vt vim. ff. de iusti. ꝛ iure. ꝑ. l. q de crimine. ff. de adul. ꝛ idẽ dixit Bal. in. l. iubem⁹. C. de defen. ciui. ꝛ in auť. sed nouo iure. C. de ser. fugi. pro quib⁹ facit optime tex. in. c. bone memorie. de elec. ꝛ faciũt dicta ꝑ Soci. in ꝯsil. suo. iiij. inci. sup qõne. i. vij. col. post med. in. iij. volu. ꝛ faciũt q̃ dixi. s. i. §. postꝙ. nu. 44. ꝛ. 45. ꝛ in repet. mea. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iu. in. xvj. col. ver. ego adduco ꝛc. ꝛ ibi in. xvij. col. in fi. in ver. xxvj. casus ꝛc. de quo etiã per do. Philip. deci. in ꝯsi. cclxxiij. incip. viso decreto. in fi. Et ad ꝓdicta 128 facit qđ voluit Inno. in. c. cũ in cũctis. de elec. † vbi dixit qđ vbi qs est notorie doctus si vult doctorari nõ dꝫ examinari i collegio: qđ etiã dixit Abb. in. c. ꝯstitut⁹. el. ij. de ap. ꝛ dixit Bar. i. l. libellorum. ff. de accusa. ꝛ in. l. demõstratio. ff. de cõdi. ꝛ demõ. qđ vbi loc⁹ est euidẽter notorius nõ est opus qđ apponanť. x. ꝯnia. Et facit etiã qđ voluit Bar. in. l. si ego. in fi. prin. ff. si cer. pet. ꝛ glo. in. l. x. ff. de verb. obli. ꝛ moder. in. l. exitus cõtrouersie. ff. de acqui. pos. vbi 129 dixerũt qđ qñ notoriũ est qđ principalis nõ est soluẽdo† tũc põt cõueniri fideiussor aliter nõ facta excussione principalis. Et facit optime quod voluit Pet. de anchara. in cõsi. suo. clxxxviij. incip. 130 visis cõsilijs. in vlti col. vbi sing. dixit† qđ literis pape nõ est parẽdũ cõtra notoriũ facti. ꝛ dixit Ange. de are. in tracta. suo malefi. in verbo, cicatrix. in. j. col. qđ si statutũ dicit qđ nõ possit fieri sñia cõdẽnatoria de cicatrice nisi adhibitis medicis, qđ tñ si ipsa cicatrix est notoria poterit iudex facere cõdẽnatoriã sine medicis, qđ etiã dixit Bal. in. l. j. in. j. col. C. vt que desunt aduoca. par. iud. sup. Et dixit sing. Abb. in. c. super his. de penis qđ in delicto notorio iudex põt mãdare penã imponi sine alia cõdẽnatione, ꝛ idẽ ipse dixit in. c. ad nostrã. de iureiu. ꝛ Barba. in. c. euidẽtia. in fi. de accusa. Et dixit Bal. in. l. si cũ qđ. C. de euic. qđ emptor nõ põt cedere liti qꝛ preiudicaret sibi: qꝛ postea nõ haberet regressum de euictione cõtra vẽditorẽ, per notata in. l. si dictum. in. §. si cõpromisero. ff. de euic. istud fallit nisi ius partis petẽtis rẽ emptã esset euidẽter notoriũ: qꝛ tũc potest cedere liti sine eius preiudicio sm Bal. ibi. Et possent alia pene alia numero infinita adduci ad hoc propositũ notorij que cã breuitatis omitto, de quibus late per Moder. in. l. si vero. in. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisf. cog. ꝛ per me lati⁹ in repeti. mea rub. C. de proba. in. xl. col. cum. iiij. colũ. ibi seq. ꝛ in. l. j. in. §. si serui quasi. in. ij. ꝛ. iij. col. ff. de questio. vbi loquutus sum de

materia. Aduerte tñ q3 l3 predicte doctrine sint notabiles attñ ego nõ audeo hoc affirmare, vcz ꝙ etiã in notorijs nõ requiratur sñia iudicis declaratoria, immo potius sentio ꝯtrariũ ex not. verbis Bal. per illum tex. in. c. vnico qualiter dñs ꝓprie. priuet. vbi dixit 131 qd notoriũ † pro sñia nõ habet, ⁊ idẽ expresse dixit Bal. in. l. fi. per illũ text. C. de malefi. ⁊ mat. Et ideo dicebat ipse Bal. i. l. si marit⁹. C. de dona. inter virũ ⁊ vxo. ⁊. l. nã ita diuus. ff. de adop. ⁊ in. l. cum fratrẽ. C. de his qui. vt indig. qd l3 eps sit notori⁹ homicida nõ tñ 132 d3 deponi † sine sñia iuris ⁊ ordine nõ seruato. Et dixit Bal. in. c. 133 ad nostrã. el. ij. de iureiu. † qd etiã in notorijs pars est citanda et sñia est ferẽda ⁊ qd in eis etiã requirit qualis qualis cognitio cause: q3 sñia nõ debet ferri de facto. alle. c. cũ sit romana. de appel. et l. ea quidẽ. C. de accusa. ⁊ idẽ dixit Abb. in cõsi. suo. lxviij. inci. ꝙꝙ super narratione ⁊c. ante fi. ⁊ idẽ dixit ipse Abb. in cõsi. suo. iij. incip. nitar in presenti cã ⁊c. in. vij. colũ. de quo etiã latius dixi in repeti. mea. l. de vnoquoq3. in. iij. col. ff. de re iudi. ¶ Et pro hac opinione mea vltra supradicta adduco glos. cõiter approbatam in. c. euidentia. de accu. que expresse dicit qd super notorio sñia est ferenda, ⁊ idẽ dixit Bal. in. l. cũ fratrẽ preallegata. ⁊ firmãt Moder. in. d. l. si vero. in. d. §. qui pro rei qualitate ⁊c. ff. q satisd. cog. ⁊ Ange. in. l. libertas. §. fi. ff. de sta. ho. vbi dixit qd si statutũ dicit qd cõdẽnat⁹ de maleficio possit impune occidi tũc querit quid si nõ est cõdẽnatus sed crimẽ seu maleficiũ est notoriũ an poterit impune occidi, ⁊ primo dicit videri qd sic, q3 notoriũ equiparat sñie: vt in l. emptorẽ. in prin. ff. de act. emp. vnde in notorijs procedit execu- 134 tiue ⁊ in eis † põt incipi ab executione. vt in. l. ictus fustium. ff. de his qui no. infa. ⁊ no. Inno. in. c. statuimus. de offi. deleg. ⁊ in. c. ex parte in Christo. de verbo. signi. tñ dicit Ange. vbi. s. qd veritas est i ꝯtrariũ: q3 hoc notoriũ nõ equiparat sñie, ⁊ dicit qd pro hoc est casus in. l. quicunq3. que est. l. fi. C. de malefi. et mathe. qd dicit esse not. Pro quo facit qd voluit Bald. in. l. presbyteri. la. j. in. iij. col. ver. ij. quero. C. de episco. ⁊ cleri. vbi dicit qd licet iudici sit aliquid notoriũ tñ nõ procedit ad cõdẽnationem nisi citet, qd dictũ refert do. Fely. in. c. cum olim. in. viij. col. post med. de re iu. ideo ꝑ predicta remaneo in hac opi. qd etiã in notorijs requirat sñia iudicis declaratoria al's nõ possit deueniri ad executionem contra aliquẽ, de quibus latius valde sum locutus in. d. repet. mea rub. C. de ꝓba. i. xliiij. xlv. ⁊. xlvj. col. vbi oĩno videas. ⁊ i. l. j. C. de execu. rei iudi. vbi etiam aliqua alia adduxi in hac materia. Ultimo pro nũc in hac materia bãnitorũ ex cõtumacia scias qd qñ liquet iudici cõtumacem nõ esse culpabilẽ l3 sit cõtumax iudex nõ potest nec 135 debet eũ ꝯdẽnare †. ⁊ ita colligitur ex dictis Bal. in rub. C. de manu. vindi. ⁊ voluit Bar. in cõsi. suo. c. inci. a dño Cyno. in vlti. col. de quo late dixi. s. in. §. oportune. nu. 8. ⁊ in. §. secũda qd. nu. 29. ⁊ in. §. vltima questio. nu. 14. ¶ Et ista sunt que mihi occurrũt presentialiter circa hanc materiam bãnitorũ, licet alia plura possent dici circa ipsam materiã que reseruo dicẽda in tractatu meo bãnitorum: sed ista mihi visa sunt vtiliora ⁊ magis quotidiana alijs q̃ non sunt negligenda. Hippolytus de Marsilijs.

Summarium.

S. Pro cõplemento presentis operis ⁊ huius practice restat nũc aliqua dicere circa materiã armorũ attẽto qd maior pars delictorũ cõmittit cũ armis vt experiẽtia rerũ magistra ostẽdit ⁊ clare demõstrat. ¶ Et ideo deueniẽs ad ipsam materiã scias primo 1 † qd armorũ vsus regulariter est interdictus et ꝓhibitus vt in rubro ⁊ in nigro. C. vt armorũ vsus. lib. xj. ⁊ in rubri. de fabricẽsibus eo. li. ⁊ in aut. de armis. §. si aũt. ⁊ habet ꝑ Barto. ⁊ Ang. i. l. j. ꝑ illũ tex. ff. ad leg. iul. de vi pub. ⁊ ꝑ Bal. in. l. data opera. circa. x. col. C. qui accu. nõ pos. ⁊ in. c. j. in. iij. col. in tit. hic finitur lex cor. ⁊ ꝑ Abb. i. c. clerici. de vita ⁊ hone. cle. ⁊ ibi per mod. Et nõ solũ laicis est interdict⁹ vsus armoꝝ sed etiã clericis: vt i. d. c. clerici. et ibi gl. ⁊ in clemẽtina. j. eo. ti. de vita ⁊ hone. cleri. ⁊ in. c. 2 clerici. ⁊ quasi per totũ. xxiij. q. viij. Et rõ assignari põt, vcz q3 † arma clericorũ debẽt esse lachryme: vt in. c. cõuenior. xxiij. q. viij. ⁊ in c. porro. vbi glo. xvj. q. iiij. ⁊ voluit Ioã. de imol. in. c. clerici. el. j. de vi. ⁊ hone. cle. ⁊ glo. in. c. ex multa. in. §. fi. de voto. ⁊ Iaß. in. l. imperium. in prin. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊ do. Philip. deci. in cõsil. suo clj. inci. maximi põderis. in. xv. col. in fi. ¶ Et ideo dixit glos. in. c. ij. de homicidio qd l3 licitũ sit interficere depopulatores agroruz tñ hoc nõ l3 clericis, de quo ibi dixi ⁊ ibi late examinaui qõnẽ no. 3 vcz an stãte statuto qd bãnitus possit impune occidi † hoc possit fieri a clerico, de quo latius dixi in cõsi. meo. xj. incip. circa hoc dubium ⁊c. ¶ Scias tñ qd pro defensione persone ⁊ rerũ suaꝝ licitũ 4 est † clericis arma portare. vt in. c. dilecto. ⁊ ibi glos. de sen. excõ. in vj. ⁊ in. c. olim. el. j. cum glo. fi. de resti. spol. ⁊ in. c. j. xxiij. q. j. Itẽ etiã pro defensione proximi de quibus oĩbus vide per Abb. in. d. c. clerici. vbi etiã ponit quid de alijs religiosis vtrũ illis sit interdictus vsus armorũ, ⁊ cõcludit qd nõ saltẽ pro defensione ipsorũ interueniẽte licẽtia superioris vbi haberi põt vt ibi per eũ. ⁊ vide gl. in. c. duo sunt gña. xij. q. j. ¶ Scias etiã ꝙ vsus armorũ nõ ĩtelligit ꝓhibit⁹ illis q arma portarẽt ꝑ bãnitis occidẽdis etiã si statutũ vetaret arma portare, ita dixit Lu. ro. in. l. iij. in. §. vtrũ. ff. ad sille. qd est no. ad intellectũ. l. orõ. ff. de spõsa. vbi ꝯcesso vno oĩa intelligũtur ꝯcessa ꝑ q̃ deuenit ad illud. ¶ Itẽ nõ intelligit ẽt ꝓhibit⁹ armorũ vsus illis q volũt se defendere a publico, vt habet ꝑ Bal. in 5 c. j. in. §. si qs rustic⁹. de pace tenẽ. ⁊ ibi vide tex. ⁊ glo. Itẽ † vsus armorũ nõ est ꝓhibit⁹ familie ꝑtãtis vel epi aut alterius officialis cõis, ita dixit Bal. ꝑ illũ tex. in. l. iij. §. fi. ff. de officio ꝑfecti vigilũ. ⁊ vide glo. no. i. c. statutũ. in ver. directe. de hereticis. in. vj. q̃ sentit qd vsus armorũ nõ sit ꝓhibit⁹ familie inq̃sitorũ heretice prauitatis. Itẽ vsus armorũ nõ est ꝓhibit⁹ illis q ex permissione aut licẽtia ꝑtãtis vel superioris arma portauerũt etiã si statutũ in ꝯtrium vigeret in ciuitate: q3 ex iusta cã saltẽ ad se defendendũ permissio 6 aut † licẽtia arma portãdi fieri põt, ita no. dixit Bal. ⁊ Lud. ro. in rub. C. q admitti. ¶ Scias tñ qd l3 ex ꝑmissione aut licẽtia supe- 7 rioris qs possit arma portare tñ † illa nunq̃ poterit portare coraz iudice. tex. est cũ glo. in. l. q dolo. in. §. itẽ q cũ telo. ff. ad. l. iul. de vi publi. ⁊ firmat Bar. in. l. j. eo. ti. ⁊ Ang. in. l. armatos. ff. ad. l. iul. de 8 vi publi. Itẽ nec etiam talia arma portare poterit in palatio, † ita dixit Bal. in. d. c. j. in. §. si qs rustic⁹. ꝑ gl. ibi de pa. tenẽ. Et teneas 9 mẽti qd l3 qs ex permissione aut licẽtia possit arma portare tñ † si abutit ipsis armis aliquẽ percutiẽdo puniẽd⁹ est de delatione armorũ. ar. l. ij. i fi. C. de priuilegio scho. li. xij. ⁊. l. j. C. vbi sena. vel cla. 10 q3 etiã priuilegiũ meret amittere q sibi ꝯcessa abutit † ꝑtãte. l. iudices. C. de iudi. ⁊ q3 priuilegiũ in dubio intelligit concessum sine alicui⁹ iniuria. l. ij. §. merito. ff. ne qd i loco pub. ¶ Ulterius circa hãc materiã armoꝝ dubitari põt qua pena puniant portãtes ar- 11 ma † in quo vide tex. i. d. l. j. ff. ad. l. iul. de vi pub. Alia tñ pena punitur rustic⁹ q portat arma q̃ nobilis: vt tex. ⁊ ibi Bal. in. d. c. j. in. §. si quis rustic⁹. de pace tenẽ. ⁊ vide Lud. ro. in sing. suo. cclxvj. inci. ꝓhibitũ ⁊c. ⁊ dixit Bal. in. d. §. si qs rustic⁹. ⁊ Lu. ro. in. d. suo sing. 12 qd portans arma vetita † d3 illa perdere qd est no. q3 ita seruat de cõsuetudine. de quo lati⁹ per Iaß. in. §. ex maleficijs. in. xviij. colũ. 13 instit. de actio. Queri etiã põt qd veniat appellatione armoꝝ † de quo vide tex. ⁊ glo. in. l. arma. ff. de ver. sig. tex. ⁊ gl. i. l. iij. i. §. armis. ff. de vi ⁊ vi ar. ⁊ text. in. l. armatos. ff. ad leg. iul. de vi publica. text. et doc.

et docto.in.l.ij.C.que res expor.pos.tex.iuncta glo.in.d.l.iij.in.§.
sciendū.ff.de offici.prefec.vigi.tex.⁊ docto.in.§.armoꝝ.institu.de
interdictis.glo.in.§.finautē.in verbo,palaz.in auť.de armis.glo.
in.c.si ꝓfodiens.de homici.glo.in.c.ita quorūdaz.in verbo,ferrū.
de indeis.glos.in clemē.ne in agro.in verbo,arma.de statu mona.
glo.in.c.clerici.xxiij.q.viij.Bar.in.l.fi.ff.ad leg.iul.de vi pub.Lu.
roma.in.l.j.in.§.occisoꝝ.ff.ad sylle.et Alexā.in.d.l.fi.Et scias qđ
licet appellatione armoꝝ veniant fustes ⁊ lapides,vt in dictis iu-
ribus:tamē illud verum intelligas post percussionē:nā ante per-
14 cussionem lapides vel fustes † arma nō dicunť.ita dixit glo.not.
in.d.clemē.ne in agro.Item scias etiā qđ appellatione armorum
ꝓprie illa veniūt q̃ principaliter ⁊ ſm naturam ac vsum sunt ordi-
nata ad offendendū.ita dixit Ange.in.d.l.armatos.ff.ad leg.iul.
de vi public.et Ange.in.d.l.iij.§.armis.Ang.in.l.si pignore.in.§.
qui furē.ff.de fur.et Lu.ro.in.d.l.j.§.occisoꝝ.Ex quo infertur qđ
15 percutiēs aliquem cū vnguibus † nō tenetur pena statuti puniē-
tes vulnerātem vel ꝑcutientē aliquem cū armis vel cū sanguinis
effusione.ita dixit Ang.in.d.l.si pignore.in.§.furē.et Ange.in.d.
l.iij.§.armis.q͛ vngues principaliter nō sunt ordinate ad nocen-
dum.Item infert etiā qđ percutiens aliquem cū amphora plena
16 vino,† vel cū vase vitreo,aut cū pera panis nō incurrit penā pre-
dicti statuti.ſz Ang.in.d.l.armatos.⁊ Ang.in.d.l.iij.in.§.armis.
Item inferť etiā qđ stāte predicto statuto ꝙ ꝑcutiens seu vulne-
17 rans aliquē cum dentibus † nō incurrit penaz dicti statuti cū ap-
pellatione armoꝝ nō veniāt dentes,vt dixit Bar.in cōsi.suo.cvj.
inci.statuto castri plebis.cū dentes nō dicātur arma sed pars cor-
poris,vt in.l.j.§.medicos.ff.de vari.⁊ extraor.cog.et ꝓbatur in.l.
euidens.ff.de edil.edic.et plene declarat Bar.in.d.cōsi.suo.Item
stāte statuto p̄dicto inferť qđ ꝑcutiēs aliquē cū paruo gladio,vel
gladio p̄ncipal͛r destinato ad moderādū calamos vel ad incidēdū
vngues vel panē,nō incidit in penā dicti statuti cū appellatione
18 armoꝝ talis paruus gladius nō veniat.† ſm glos.in.d.§.finautē.
in ver.minores.in auť.de armis.et glo.in rub.C.de fabricē.in fi.et
firmat Ang.in.d.l.j.ff.ad leg.iul.de vi pub.⁊ Ang.in.d.l.si pigno-
re.in.§.qui furē.et Lud.ro.in.d.l.j.in.§.occisoꝝ.et Abb.in.d.c.cle
rici.de vi.⁊ hone.cle.Bart.tn̄ in.d.l.j.ff.ad leg.iul.de vi pub.videť
tenere cōtrarium cū talis gladius etiā sit aptus ad nocendū,ergo
venit appellatione armoꝝ:⁊ ideo in eo habebit locum dispositio
dicti statuti.Sed hoc nō credo habere locū in statuto loquēte de
portatione armoꝝ,q͛ portans talē gladium nō cadit in penā sta-
tuti ꝓhibentis arma portare.Item scias etiā qđ statutū puniens
vulnerantē vel ꝑcutientem cū armis nō cōprehendit illū qui ali-
quem ꝑcussit vel vulnerauit cū armis principaliter inuētis ad de-
19 fensionem,† q͛ appellatione armoꝝ non veniunt arma ad defen-
dendū cum principaliter ad offendēdum nō sint inuenta nec sint
ꝓhibita portari saltem de iure digestoꝝ.ita dixit Bart.et Ange.
in.d.l.j.ff.ad leg.iul.de vi publi.et sequitur Ludo.roma.in.d.l.j.§.
occisoꝝ.et sentit Abb.in.d.c.clerici.in prima oppositiōe.Et istud
intellige verum stricte loquēdo,q͛ dicta arma ad defendēdū non
veniunt appellatione armoꝝ,sed large loquēdo bene veniūt.ita
sentit glo.in.d.clemē.j.in verbo,arma.hodie tamē de iure codicis
etiam arma ad defensam veniūt appellatione armoꝝ,vt in.d.l.ij.
et.C.que res expor.pos.et etiam de iure institutionum,vt in.d.§.
armoꝝ.insti.de interdi.et de iure authenticoꝝ,vt in.d.auť.de ar-
mis.et vide etiam in materia Bart.in.l.peculis.in.§.argēto.ff.de
20 auro ⁊ arg.leg.Item queri etiā potest:an liceat † facere arma vel
illa vendere.de quo vide tex.⁊ glo.in.d.auť.de armis.et Bar.in.l.
j.ff.ad leg.iul.de vi pub.¶ Queri etiā pōt:an liceat extrahere ar-
21 ma extra † regnū/ꝓuinciā/vel iurisditionē:de quo vide text.et q̃
ibi not.in.d.l.ij.que res expor.pos.vbi etiam habeť qua pena pu-
niatur mittens arma hostibus ⁊ inimicis.Item scias etiaz in hac
22 materia armoꝝ ꝙ † amittēs arma inter inimicos:⁊ sic in bello illa
nō potest recuperare,vt ꝑ glo.in.c.ius gentiū.j.dis.Itē queri etiā
23 pōt:an statutum puniēs † portātes arma includat seu cōprehen
dat forenses,in quo dicas ꝙ sic:q͛ talia statuta cōmuniter sunt ꝑ
Italiam ⁊ ea ignorare esset supina ignorantia,ideo nō excusarenť
forenses.ita dixit Bar.in.l.interdū.§.lz al's.in.§.serui q in fuga.ff.
de publica.et Bal.in.l.j.in.xviij.col.C.de sum.trini.et Jo.an.post
Spec.in titu.de cōsti.in versi.pe.vide tamē q̃ dixi in sing.meo.xiij.
incip.volo tibi dare ⁊c.Queri etiā potest quid si talis forensis vel
alius qui est prohibitus arma portare fuerit inuentus cum ipsis
24 armis † sed nō fuit captus:an tn̄ debeat puniri pena statuti pu-
nientis portātes arma:in quo dicas ꝙ nō ſm Bart.⁊ Ang.in.l.j.
ff.ad leg.iul.de vi publ.et ratio pōt esse:q͛ inspectio oculoꝝ nihil
in hoc operať.arg.glo.in.l.siue.ff.de cōdi.fur.vbi ꝓpterea quis nō
diciť fur manifestus:si aliquis videat ipsuz furē furantē nisi appre
hensus sit.Et ad idē in sil'i facit glo.in.l.in laqueū.ff.de acqui.rerū
domi.et facit glo.⁊ ibi doc.in.l.j.circa prin.ff.de acq.pos.vbi Bar.
et alij inducūt causam ad questionē dicti statu.puniētis portantē
arma vel ludētē ad azardū:an hoc casu sufficiat oculoꝝ inspectio:
et sic visus sine apprehēsione ad hoc vt qs puniri possit:⁊ dicūt ꝙ
nō sufficit talis visus seu inuētio sine apprehēsione.vt ibi ꝑ eos:et
ꝑ Bar.⁊ Mod.in.l.iij.in.§.nerati⁹.eo.tit.et ꝑ Bar.⁊ Bal.ꝑ illum
tex.in.l.si barsatorā.C.de fideius.Bal.in.l.lapilli.in fi.ff.de re.diui.
et ꝑ.d.Nellū in trac.bāni.in.ij.parte.ij.tēpo.q.xlviij.pone stāte sta
tuto ⁊c.in fi.verbis.⁊ Ang.in.l.q seruū.ff.de ver.ob.⁊ in.l.nec i ea.
in.§.ius.ff.de adul.et Ange.in.l.j.in.§.hec aūt verba.ff.qđ quisq̃
iur.⁊ in.l.si fugitiui.C.de ser.fug.⁊ Ang.in auť.de san.epi.in.§.re-
uerēdissimus.et idē videť firmare Bart.lz in alia materia loquať
in.l.tutor q repertoriū.in.iij.col.in ver.scđo excludo.ff.de admini.
tuto.et ista videť esse cōis opi.in hoc casu:et ita seruať.Attn̄ mihi
nō displicet distinctio Ang.in.d.§.neratius.vbi dicit qđ aut statu
tum loquiť quo ad puniendū delinquētē inuentū:⁊ tūc diciť statu
tum magis cōsiderasse inuētionē delicti q̄ꝫ apprehensionē ꝑsone.
ad qđ facit.l.j.C.de rap.virg.⁊.l.ij.i prin.C.de vete.iu.enucle.⁊ gl.
in.l.j.C.vbi sena.vel cla.⁊ tex.in.l.ij.de custo.reo.⁊ in.l.q sniam.C.
de pe.et.l.j.⁊ ibi Bar.C.de peti.bono.subla.lib.x.⁊ in.c.j.de dila.⁊
c.q̄ꝫ q̄ꝫ.de vsur.in.vj.Sz si statutū p̄miaret inueniētes,tūc tale pre-
miū vltra dispositionē iuris cōis datū videť ipsis inueniētib⁹ ⁊ ca-
piētib⁹ datū vt officiales magis solliciti in capiēdo fiāt.Et cū hac
opi.transit Lu.ro.in.d.l.j.in prin.ff.de acqui.pos.⁊ Ange.de areť.
in suo trac.malefi.in ver.fama publica.in char.de quo vide etiā
Jo.de imol.in.d.§.neratius.et vide Ange.in.d.l.j.C.de peti.bon̄.
subla.et Bal.in.c.ꝓposuisti.de appel.⁊ Hemi.in.c.si laic⁹.xxxiiij.
dist.⁊ in.c.clericus.xlvj.dist.Et p̄dicta intellige in delicto cōsum-
mato:sed secus si statutū referret se ad delictū in fieri:puta si puni
25 ret portantē rem ꝓhibitā extra territoriū.† nā tunc requiriť vera
apprehēsio.ita dixit Ang.Raph.⁊ Pau.de cast.in.d.l.si fugitiui.
¶ Et circa hoc vltimū pōt queri de q̄stione quotidiana que sepe
26 occurrit in facto,vcz an sufficiat † inuenire portantē rē ꝓhibitaz
extra territoriū in via seu in itinere ad hoc vt puniri possit:an aūt
requirať ipm apprehēdere ad locū destinatū vel cū erit extra terri
toriū:de quo vide Bal.in.d.l.si fugitiui.C.de ser.fugiť.Bart.in.l.
qui fiscales.C.de nauicula lib.xj.Bal.in.l.oēs populi.in pe.col.ff.
de iusti.⁊ iu.Bal.in.l.si qs nō dicā rapere.i.ij.col.de epi.⁊ cle.Bal.
in.l.cū inter.C.de dona.ante nup.Bal.in.l.cū ꝓponas.in p̄nci.C.
de nauti.feno.⁊ Bal.⁊ Ang.in.l.arborib⁹.in.§.iulian⁹.ff.de vsufr.
et Bal.in.c.nā cōcupiscentiā.de cōstitu.¶ Et circa dicta superi⁹
de inuēto cū armis ⁊ nō capto,an possit puniri.Adde ꝙ si miles
potestatis vel similis habēs officium circa portantes arma inue-
27 nerit aliquem cū armis ⁊ eū non apprehēderit sed † fecerit scribi
in actis qualiter inuenit talez cū armis,ꝙ talis scriptura etiā sine
captura operatur vt talis inuentus cū armis ⁊ non captus possit
puniri.ita not.dixit Bal.in.l.ictus fustiuz.ff.de his qui not.infa.
de quo dicto dixi in singu.meo.cccxcv.incipiē.dubitarunt docto.
in plerisq̃ locis ⁊c.¶ Ulterius dubitari pōt:quid si inuētus fuit
aliquis nō habens arma in manib⁹ sed erant in terra iuxta pedes
28 ipsius inuēti:an hoc casu † poterit puniri tāq̄ꝫ deferens arma vt
sit p̄sumptio cōtra eū ꝙ illa ibi deposuerit si nesciať an ipse illa ibi
portauerit:in quo Bal.in.l.iij.§.j.ff.de offici.p̄fec.vigi.videť con-
cludere qđ p̄sumptio sit cōtra eū,ideo puniri poterit:et si plures
essent inuēti oēs tenētur:lz solutio vnius oēs liberet,vt ibi ꝑ euz.
sed Lu.ro.in.l.j.in.§.hoc rescriptū.ff.ad sylle.post Alber.de rosa.
cōcludit cōtrarium,vcz neminem debere puniri:q͛ cū sit dubium
quis ꝓiecerit talia arma in terram,oēs videntur absoluēdi,maxi-
me in criminalibus.iuxta not.in.l.fi.C.de ꝓba.que opi.mihi ma-
gis placet:de qua questione ⁊ similibus vide q̃ late dixi forte vltra
oēs in repeti.mea rubri.C.de proba.in.lxxxij.col.in ver.adde etiā
vltra premissa in hac materia ⁊c.vbi adduxi Alberi.de rosa.in.ij.
parte statu.q.cxxj.inci.Item pone statuto cōtineri ⁊c.vbi firmat
hāc partem quā sequor:licet Flo.in.l.item mella.in.§.si plures.in
iiij.col.ff.ad leg.aquil.teneat cōtrariū,et male.per ea q̃ ego dixi in
dicta repeti.mea.in materia incertitudinis.in.iij.vlt.char.¶ Itē
vltra predicta potest dubitari de alia questione,vcz an inuētus cū
29 armis de nocte † debeat relaxari datis fideiussoribus:in quo di-
cas qđ sic.arg.eoꝝ que habētur in.l.neq̃.§.j.ff.de in ius voc.⁊ hoc
firmat Ang.in rubri.ff.de in ius voc.vt eant aut sat.et Bal.in.l.ij.
eo.titu.vbi not.subdit ꝙ si fi.fa.fuerit captus cū armis pater erit
ꝓ filio capto idoneus fideiussor,adeo qđ debebit relaxari et non
solum pater ꝓ filio sed etiam cōsocius pro consocio erit idoneus
30 fideiussor:si plures cum armis fuerint inuenti debēt relaxari † si
vnus pro altero fideiubeat.ita dixit not.Bart.per illum tex.in.l.
romanus.ff.de tuto.et cura.dat.ab his.ad qđ etiam vide Bald.
in.l.oēs.in prin.C.de epis.⁊ cle.Et scias qđ si mulier sit inuenta cū
31 armis † etiā si nō inueniat fideiussorē,nō tamē dz duci ad palatiū
sz dz relaxari p̄stita iuratoria cautiōe de stādo iuri aut nouo iure.
C.de custo.reo.ita no.inqt Bal.in.l.sed et si is.ff.de in ius voc.qđ
dictum refert et sequiť do.Feli.in.c.legebatur.in prin.de maiori.
et obe.et idem dixit Bal.in addi.Specu.in tit.de sen.in pe.char.
in ver.Titius fideiussit.⁊ Bal.in.l.nemo deinceps.post me.C.de
epi.⁊ cle.⁊ Ang.de are.in tra.suo malefi.in verbo,ꝑ q b⁹ Antoni⁹
fideiussit.in.ij.char.in ver.⁊ aduertas ⁊c.de quo etiā dixi in singu.

meo.cclxviij.inci.cōditio mulierū.circa fi.vbi videas. ¶ Itē etiaȝ
circa predicta scias ꝙ si Baricell⁹ vel alius officialis aliquē captū
52 cū armis † nō relaxauerit datis fideiussorib⁹ vel illis oblatis tene
bitur in sindicatu.ita not.dixit Ange.in.l.si vero.in.§.qui pro rei
qualitate.ff.qui satis.cog.et vide q̄ dixi.j.in.§.attingaȝ.nume.17.
¶ Item etiā scias qȯ eadem pena punit̄ occidens aliqueȝ manu
53 vacua † ac si cū armis occidisset.l.qua actione.§.j.ff.ad leg.aquil.
et ibi Bal.et idē tenuit Bald.in.c.j.in.§.iniuria.circa vlt.colū.de
pace iura.fir. ¶ Pōt etiā dubitari de not.q.vcȝ quid si aliqs fue-
rit inuentus vna die pluries cum armis a pena imposita a statuto
54 soluet semel tantū † an pluries:in quo dicas qȯ vna vice dūtaxat
dicit̄ incurrisse penā ⁊ nō pluries,cū plura delicta nō censeantur:
sed vnū tm̄.igit̄ vna vice p qualibet die dicit̄ ꝯtrauenisse.ita dixit
Bar.in.l.inficiando.in.§.infans.ff.de fur.et Bal.in.l.si duo.in.§.
semel.circa fi.ff.de arbi. ¶ Itē dubitari etiā pōt:an habens et in-
55 sultans aliquē licet arma non extraxerit vel exercuerit,dicat̄ † tū
fecisse insultū cū armis:in quo dicas ꝙ sic.ita dixit Bar.et Ange.
per illū tex.in.d.l.iij.in.§.armis.ff.de vi ⁊ vi ar.et Bal.in.d.l.data
opera.C.qui accu.nō pos.et Lu.ro.in sing.suo.cccccLxxiiij.incipi.
insultus ⁊c.qȯ est not.p statuto puniente insultantē cū armis.ad
qȯ facit etiā dictum Bal.in.l.raptores.C.de epis.⁊ cleri.vbi dixit
56 qȯ qui stat cū † aliquo armatus licet arma nō extraxerit vel aliuȝ
actum nō fecerit,tamē dicit̄ afferre opem ⁊ auxiliū.et idem tenet
Bal.in.l.j.circa.ij.colū.C.de ser.fugi.et Bal.in.l.hec verba.in fi.ff.
de his qui not.infa.et in.d.l.data opera.in pe.colū.et Bal.⁊ Lud.
ro.in.l.j.§.sed in eo.ff.ad sille. ¶ Et facit qȯ voluit Ang.in.l.quē-
admodū.ff.de inoffic.testa.vbi dixit qȯ qui habet ensem in manu
et minatur mihi,dicit̄ preparatus ad me offendendū cum armis
adeo qȯ possum ipsum offendere,qȯ est menti tenendum:de quo
latius dixi in.§.expedita.nu.19. ¶ Item vltra premissa dubitari
potest:quid si aliqs fuerit inuētus cū pluribus socijs armatis an
poterit puniri de portatione armoꝝ,et eo quia habuerit secū ho-
mines armatos si statutū puniret habētē homines armatos secū
57 aut domo vel alibi:† in quo dicas qȯ de vtroqꝫ nō poterit puniri:
qꝛ ista duo tendūt ad vnū effectuȝ.ita dixit Bar.in.d.l.j.ff.ad leg.
iul.de vi public.et in.l.qm̄.eo.titu.vbi dicit hoc se multoties pra-
cticasse.p quo facit glo.not.in.l.qui de crimine.C.de accu.et dicta
per Bald.in.l.aduersus.in fi.C.de fur.in quib⁹ iuribus dicitur qȯ
stāte statuto qȯ qui portauerit arma puniat̄ in.x.alio statuto ca-
uetur qȯ vulnerans aliquē cū armis puniat̄ in xx.ꝙ isto casu vul-
58 nerans aliquē cū armis non puniet̄ vtraqꝫ † pena,sed solum pro
vulnere,qꝛ vna pena cōfundit̄ cū alia.ita etiā dixit Bar.in.l.quē-
admodum.in.§.illud.ff ad leg.aquil.⁊ Pe.de ancha.cōsi.cclxxij.
incip.de titulis ⁊c.in pe.col.et Bal.in.l.diuortio in fi.ij.colū.ff.so.
ma.et Ang.de are.in trac.malefi.in verbo,fecit insultū.in.j.char.
in ver.aduertas tu iudex.et ibi ī addi.⁊ in eo.trac.in verbo,adme-
nauit.in prin.de quo etiā p Bar.in.l.nunq̄ plura.in penul.col.ff.
de priua.delic.et p Jo.an.in addi.Spe.in tit.de homici.in rub.et
Bar.in.l.iiij.C.ad leg.iul.de vi pub.⁊ Bal.in.l.cū ancillis.in vlti.
col.C.de incest.nup.⁊ Alberi.de rosa.in.ij.parte statu.q.xxvj.⁊.q.
xxiij.Abb.et q̄ ibi dixi in.c.j.de penis.Gādy.in tra.suo maleficio.
sub rub.de penis reorum.in.xiiij.col.in fi.et ibi in.xix.col.in versi.
pone insuper ⁊c.Bal.in.l.quicūqꝫ.in.j.col.C.de seruis fugit.⁊ do.
Nellum in trac.suo ban.in.iij.parte scdi tempo.q.lviij.⁊.d.Ludo.
bolo.in cōsi.suo.viij.in.vj.colū.Et cū istis fraternizat questio illa:
59 an pcutiens aliquē † cum bidente vel tridente puniat̄ pro vnica
percussione vel vulnere:de qua p Jo.an.in addi.Specu.in tit.de
sentētia ⁊ his que eā sequūtur.in.§.species.in addi.incip.inducit
ad hāc materiam.et p Bar.in.l.si gemina arbor.ff.arbo.furt.cesa.
et in.l.eū qui.§.cum dici.ff.de furt.⁊ in.d.l.inficiando.§.infans.et
in.l.vulgaris.eo.tit.et per Bar.in.l.nunq̄ plura.ff.de priua.deli.
et Bal.in.l.quicunqꝫ.in.iij.col.C.de seruis fugi.⁊ in aut.sed nouo
iure.circa.ij.colū.eo.tit.et per Bal.in.l.tutor.ff.de tut.⁊ ratio.dist.
et in.l.querebatur.ff.de testamēto mili.et in.l.si duo.§.semel.in fi.
ff.de arbitris.et in.l.eum qui.in.§.in popularibus.ff.de iureiurā.
Bal.in.c.questionem.de app.Gandy.in trac.malefi.sub rubri.de
penis reo.in.x.col.in prin.et per Ang.de are.in trac.maleficio.in
verbo,et ipsum Titiū pcussit.in.j.char.in ver.qd si ex vno ictu ⁊c.
et Spec.in.d.§.species.ver.sed pone in statu.et vide Abb.et que
ibi dixi in.c.j.de penis.Bal.in cōsi.clv.incip.factum tale est.in.vj.
vol.et ibi in cōsi.clix.incip.antiqui ⁊c. ¶ Queri etiā pōt circa hāc
materiā armoꝝ:quid si statutū puniat insultāteȝ cū armis ⁊ aliqs
40 insultauit aliquē sine armis:† sed postea eum cū armis vulnera-
uit,an incidat in penā statuti:in quo dicas qȯ nō:cū statutū soluȝ
cōsiderauerit principiū.ita dixit Ange.p illum tex.in.d.l.iij.in.§.
armis,vbi subdit secus esse qñ statutuȝ solū cōsideraret finē:puta
si diceret:qui aliquem cū armis occiderit,puniatur:naȝ tunc licet
insultauerit sine armis ex quo postea armatus offendit,dicit̄ inci
disse in penā statuti,vt ibi per eum. ¶ Itē quid si aliquis erat ar-
matus tēpore quo insurrexit cōtra aliquē ⁊ statim deposuit arma
an intelligatur insurrexisse cū armis:dic qȯ sic ſm Ang.in.d.l.iij.
§.armati.p glo.j.ibi,in fi.ibi,eis depositis ⁊c. ¶ Itē vltra p̄missa
41 scias circa hāc materiam armoꝝ ꝙ † portās arma presumitur ha
bere malum animū,nisi portet ea ligata.ita dixit Bal.per glo.ibi
42 in.c.j.§.si quis rusticus.de pace tenē.Et † dictus malus animus
presumitur ex genere armoꝝ.tex.est in.l.omne delictum.§.si quis
cōmilitonem.ff.de re milita.et in.l.j.in.§.diuus.ff.ad leg.corne.de
sica.et in.c.significasti.le.ij.in fi.de homici.et declarat Bar.in.d.l.j.
§.diuus.ff.de sica.et doc.post gl.in.l.j.C.de sica.⁊ in.c.sicut nobis.
de p̄sum. ¶ Posset etiā hic q̄ri de alia q̄stione,vcȝ si habēs arma
in manu et nō percutit cum armis,sed aliter:vtputa vnus habet
ronchā et percutit cū hasta,vel habet ensem et percutit cū pomo
si sequatur mors ex talibus pcussionibus an punit̄ pena mortis:
et si talis percutiens cuȝ hasta vel cum pomo ensis si percutiat in
capite:et sic in loco valde periculoso si sequat̄ mors debeat puniri
pena mortis.Ego hic aliter non examino tales questiones,quia
eas plenissime examinaui.in.l.j.in.§.diuus adrianus.in.iiij.colū.
ff.de sica.et latius etiam in.l.j.in.vij.char.C.eo.titu.de sica.et ideo
ne idem per idem sepius repetam hic aliter non examino dictas
questiones. ¶ Modo redeundo ad materiam armorum scias qȯ
43 arma † non veniunt appellatione supperlectiliū vel massaritia-
rum.ita dixit Barto.in.l.superlectili.in princi.ff.de superle.lega.
qȯ est summe no.pro legatis superlectiliū vel massaritiarum que
fiūt tota die ab aliqbus testatoribus,vt ego sepius vidi in facto.
44 ¶ Item etiā scias qȯ portatio armoꝝ † est leue delictum ⁊ non
requirit processum.ſm Bart.in.l.leuia.in.ij.colū.versi.vel ponas
exemplū.ff.de accusa.et in.l.diuus.la.ij.in.iij.q.ff.de custo.reoruȝ.
Item scias etiam qȯ ne partes veniant ad arma iudex potest se-
45 questrare rem † litigiosam,vt habetur per Specu.in ti.de seque.
pos.et fruc.in versi.sed nunquid.et Bal.in.l.ordinarij.in.iiij.colū.
versi.sed hic quero.C.de rei ven.et in.l.ij.C.de summa trini.et in.l.
fi.in.ij.colū.versic.est quartus casus.C.de edicto diui adria.tol.et
per Innocē.in.c.in presentia.de proba.in.j.colū.et Bal.in.l.j.ad
fi.C.de appel.et Barto.in.l.si duo.in.iij.col.versi.alij dicant.ff.vti
posside.et doc.in.l.equissimum.ff.de vsufruc.et in.l.fi.ff.de officio
pcur.cesa.et Bar.in.l.qȯ iussit.post glo.ff.de re iudi.Bal.in addi.
Specu.in tit.de libelli cōcep.in.ij.col.versi.quando partes.Bal.
in.l.j.C.de prohibi.seque.pecu.et in.l.pe.vbi etiam per Barto.et
Ange.ff.vbi pup.educ.deb.et Bal.in addi.Spec.in tit.de seque.
poss.et fruc.in.j.versi.Innocē.in.c.in presentia.in.j.col.de proba.
¶ Et facit not.verbum Abb.in.c.olim ex literis in.ij.colū.versi.
sed tu.vide not.extra de rescript.et circa hanc materiam vide do.
Pari.de puteo late loquentem in tracta.suo sindi.in.lxiiij.chart.
in.iiij.colū.in.c.incip.iudex vt non arguatur ⁊c.et Flo.in.l.cōi di-
uidundo.in.§.cum de vsufruc.ff.cōmuni diui.et do.Fran.curt.in
consi.lxj.incipien.super eo ⁊c.limita tamen predicta que intelli-
gas procedere quando neuter possideret,sed vterqꝫ pretenderet
possessionem ad se spectare.Sed si vnus tantum possideret siue
esset in possessione alius non tunc iudex non potest sequestrare
46 possessionem,dato † qȯ videat partes processuras ad arma.Ita
not.dixit Bal.in.l.equissimum.ff.de vsufru.et hanc limitationeȝ
etiam ponit idem Bal.in.l.fi.C.de or.cogni.et in.c.ij.in.ij.colū.de
vita ⁊ hone.clerico.⁊ in.l.ordinarij.C.de rei ven.et in.c.j.de seque.
pos.et fruc.in.iiij.col.vbi dicit qȯ pp̄ter metum armoꝝ nō dȝ fieri
sequestrū nec recedi a tramite iuris nisi quando dubiū est de pos-
sessione:secus qñ vn⁹ possidet alius nō.Et ista refert Jas.in.l.qdā
estimauerūt.in.iij.col.ff.si cer.pet.qȯ est mēti tenendū pp̄ter iudi-
ces ignorantes qui statiȝ sequestrāt possessionē nō attēta posses-
sione vnius partis. ¶ Et ista sunt q̄ mihi p nunc occurrunt circa
materiā armoꝝ,lȝ etiam alia plura adduci possent que non sunt
ita practicabilia,circa q̄ aliter me non extendo. Hippolytus.

Summarium

1 ☞ Vulnus quid sit.
2 Vulneris appellatione an veniat tumor ⁊ liuor.
3 Vulnusculum nullum habet in se delictum.Et an includatur sub statuto de vulneribus.nu.4.5.
6 Scire parum et nihil equiparantur.
7 Officialis pro minimo non est sindicandus.
8 Statutū de tortura loquens nō includit leniter tortum.
9 Insequens fugientem qui in fuga cecidit et se vulnerauit an puniendus pena statuti de vulnerantibus.
10 Statutum vulnerantem puniens de doloso intelligitur.
11 Percussione probata ⁊ nō qualitate accusatus an absoluendus.
12 Inquisitio de crimine commisso certo tempore vel loco ⁊ probatur de alio non arctat inquisitum ad absolutionem obtinendam. nume.13.14.
15 Accusans interfectorem et postmodum probat hoc fecisse p aliuȝ an debeat succumbere.
16 Vulneratus ex interuallo moriens an presumatur in dubio mortuus ex dicto vulnere.
17 Vulneratum non esse mortuum ex vulnere difficile est probare.

18 Vulnerās an teneaṫ de occiso si vulneratus medicū habere noluerit. Et qd si medicū habuerit impitū, vel noxia comederit. nu.19.
20 Medici vitiū an excuset vulnerantē: vel vulnerati inobedientia, aut superueniens infirmitas. nu.21. Et quid si vulneratus adhibuerit incantationes. nu.22.
23 Incantator non dicitur medicus.
24 Vulnerat⁹ dicēs se mori culpa medici an releuet vulnerantem.
25 Imaginem sanctam percutiens qua pena puniendus.
26 Agi de occiso contra vulnerantem mortifere an possit ante mortem. nu.28.
27 Vulneratus mortaliter an habendus ꝑ mortuo.
29 Mortuus ⁊ ad mortem vulneratus equiparantur.
30 Fideiubens in casu vulneris an et quando teneaṫ de morte secuta ex vulnere.
31 Pax facta de vulnere an extendatur ad mortem secutam.
32 Existēs in mortis articulo neq̧ oīno viuit neq̧ oīno mortu⁹ est.
33 Fictio in statutis penalibus non cadit.
34 Statutū loquēs in cōtractu non habet locū in quasi contractu.
35 Mortuus proprie quis dicatur.
36 Processus factus cōtra vulnerātem an ꝓsit vbi agitur de occiso.
37 Vulnerans aliquem et postmodum occidens an teneatur de vulnere et de homicidio.
38 Percutiens aliquem cum armis an puniendus de percussione ⁊ de armorum portatione.
39 Mox, qualiter exponatur.
40 Notarius an possit esse rogatus de qualitate vulneris et instrumentum conficere sine commissione.
41 Delictum an possit probari per instrumentum.

S. Attingam nō immerito vltimo loco quotidianam ⁊ practicabilē materiā capture ⁊ carceratoꝝ: qm̄ in agitatione causarū criminalium sepe cōtingit hoīes carcerari,vt experientia docet:ideo ꝓ cōmuni vtilitate versantiū in palatijs aliqua adducā circa dictam materiam capture ⁊ carceratoꝝ. ¶ Et ideo scias p̄mo qđ regulariter carceratus † est fideiussoribus relaxādus.ſm doct. in.l.j.ff.de custo.reo.⁊ in.l.nemo dubitat.ff.de reg.iur.de quo etiā per Ang.no.loquentē in.l.ij.C.de exhi.reis.⁊ in.l.nemo carcerē. C.de exac.tribu.lib.x.et ꝑ Ludo.ro.in.l.j.qui satis.cog.et ꝑ Ang. de are.in tracta.maleficioꝝ.in verbo,fama publica.in materia capture. ¶ Istud tamen fallit in pluribus casibus in quib⁹ carceratus nō relaxatur fideiussorib⁹.Et primo fallit in causis criminalibus in quibus venit imponēda aliqua pena corporalis vel corporis afflictiua:nā tunc reus non relaxat fideiussoribus,vt habet ꝑ Bar.et alios in.d.l.j.ff.de custo.reo.⁊ in.l.ij.ff.de pub.iud.et late ꝑ Ang.de are.in trac.malefi.in verbo,fama publica.in ver.x.q̄ro ⁊c. cū ver.ibi sequen.et in eo.tracta.in ver.pro quibus Antoni⁹ fideiussit.in prin.et in talib⁹ casib⁹ etiā si reus daret mille fideiussores non tamē debēt relaxari.ſm Bal.in.l.eos.in.§.superis.C.de ap. immo si in criminalibus vbi venit imponēda pena corporalis in-

2 terueniret † fideiussor,non valeret talis fideiussio.ſm glo.singu. in.c.cū homo.xxiij.q.v.quam refert ⁊ sequit Ang.de are.in dicto verbo,pro quib⁹ Antoni⁹ fideiussit.in primo ver.et ibi do.Aug. de ari.in suis addi. ¶ Item fallit etiā dicta regula in aliquib⁹ casibus etiā vbi tractat de pena pecuniaria in quib⁹ reus nō est relaxādus fideiussoribus.Primus casus est quādo reus a principio

3 nō voluit dare † fideiussores,sed potius voluit carcerari:sz postea in fine quādo sententia debet fieri dicit se velle dare fideiussores: nā tunc nō debet audiri nec debet fideiussoribus relaxari,nō obstāte qđ pena que venit imponenda sit pecuniaria.ita singu.dixit Ange.in.l.ij.C.de exhi.reis.ꝓ quo allegat tex.no.in.l.ij.ff.de cust. reo.qđ dictum ꝓ not.refert et sequitur do.Augu.de ari.in addit. suis ad Ange.de are.in tract.suo malefi.in ver.pro quibus Antonius fideiussit.in prima additiōe.Pro qbus faciūt optime q̄ ego dixi in singu.meo.cclxij.incipi.qđ potui nolui ⁊c.et in alio singu. meo.cclxxxiiij.incip.tolle moras ⁊c.⁊ ista addere poteris q̄ dixi in dicto singu.meo.cclxxij.Quibus adde text.in.c.j.in ver.qr si ꝓclamare voluit cur tādiu tacuit ⁊c.de frig.⁊ malefi.et vide q̄ dixi in.l. p̄re vel marito.i.xvj.col.ff.de qđ.et Jas.in.§.fuerat.in.v.col.insti. de act.et in.l.j.in.vj.col.ver.itē ꝓ extēsione.C.qui admit.⁊ in sing. meo.cclxxxj.inci.socius ⁊c.et dicta ꝑ Alex.in ꝯsi.cxv.inci.visa ⁊c. in.j.col.ad fi.in.vij.volu.et ꝑ do.Phil.deciū cōsi.cxxix.in.iij.colū. ver.nā quādo episcopus ⁊c.et Bald.in consi.cccxcj.incip.ꝓponit qđ ꝓpter.in.ij.volu.⁊ Soci.in cōsi.liiij.incip.abunde ⁊c.in.ij.colū. ver.tertius ⁊ vltimus ⁊c.⁊ faciunt q̄ dixi.s.in.§.diligēter.nu.203. ¶ Ali⁹ est casus in quo etiā vbi venit imponēda pena pecuniaria reus non est relaxādus fideiussorib⁹:qui casus est quādo ipse reus

4 spōte cōfessus † est delictū ꝓ quo venit imponēda pena pecuniaria:nā tunc nō est fideiussorib⁹ relaxādus.ita dixit Bal.in.l.null⁹. C.de exhi.reis.qđ dictum ꝓ no.refert ⁊ sequitur do.Augu.de ari. in addi.ad tract.Ang.de are.sup maleficijs.in verbo,pro quibus Antonius fideiussit.in prima addi.et idē dixit ipse Ange.de are. in.d.suo tract.in verbo,fama publica.in.ix.charta.versic.decimo quero ⁊c.de quo etiā dixi in.l.vnius.in.§.cogniturum.in.xiij.col. circa me.ff.de questio.ꝓ quo etiā faciunt optime dicta ꝑ Ange.de are.in tract.suo maleficio.in verbo,presente Sayo et appellante. in.iiij.char.ver.an aūt iudex ⁊c.et vide.s.in.§.postq̄.nume.30. ¶ Alius est etiā casus in quo reus nō est relaxādus fideiussorib⁹:

5 licet pena sit pecuniaria,vcz qñ est repertus † in fragranti crimīe et captus est:nā tunc nō est relaxādus fideiussoribus.ita dixit do. Aug.de ari.in tracta.Ang.de are.super maleficijs.in verbo,fama publica.in.xj.charta.in addi.magna.incipi.Tu aūt in hac materia adde primo ⁊c.post princi.vbi dicit ꝙ quādo aliquis est inuē-

6 tus cū armis † nō est fideiussoribus relaxandus.ad qđ alleg.Bal. in.l.sed si is.ff.de in ius vocan.sed Bald.in lib.meo.hoc dicit,sed immo expresse dicit contrarium.forte illud dixit Bald.in lectura antiqua quam non vidi.Attamen ꝑ dicto do.Augu.faciūt optime dicta per Innocē.in.c.vt fame.de sentē.excōmuni.et per Flo. in.l.iiij.ff.ad leg.aquil.et per Ange.de are.in trac.suo male.in ver.

fama

fama publica.in.x.char.in versi.ix.nota ⁊c.⁊ per do. Ant.⁊ alios
in.c.cum nõ ab homine.de iud.⁊ do.Feli.in.c.si vero.el primo. de
sen.excom.⁊ per do.Alex.in.l.si quis.de fur.⁊ faciũt optime dicta
per Bal.in.l.nullus.in fi.C.de exhib.reis.in versi.aut quis est ple
ne cõuictus ⁊c.⁊ faciũt dicta per me in.l.vnius.in.§.cogniturum.
in.xv.col.⁊.ff.de questio.in quibus locis docto.loquũtur de reper
to in fragranti crimine.de quo reperto in fragrãti crimine ego la
tius locutus sum in repeti.mea.l.vnice.C.de raptu virg.numero.
88.⁊ numero.93.94.⁊.95.vbi videas.¶ Alius est etiam casus in
quo vbi tractatur de pena pecuniaria:reus tamen nõ est fideiusso
ribus relaxãdus qui casus est quando talis qui petit relaxari fide
7 iussoribus alias aufugit † de carceribus in quibus erat pro tali
vel simili causa.nam hoc casu non debet relaxari fideiussoribus:
sed debet detineri in carceribus.ita not.dixit glo.in.l.lege corne-
lia.ff.ad sille.quam ibi multum not.Ludo.roma.⁊ eam etiam ad
hoc pro valde notab.refert ⁊ sequit̃ Alexan.in.l.j.ff.de custo.reo.
in prima apostil.⁊ do.Augusti.de arimi.in addi.ad tract.Ange.
de are.in maleficijs.in verbo pro quibus Antonius fideiussit.in
prima addit.vbi etiam dicit pro hoc bene facere quod not.Bart.
⁊ Bal.in.l.iij.de episcopa.audiẽ.⁊ illam glos.etiam refert ⁊ sequi-
tur Angel.de aret.in dicto tracta.in verbo fama publica.in.xiij.
char.in ver.iiij.notandum.vbi no.loquit̃ de quo etiaz ibi per do.
Augu.in addi.Pro quibus faciunt optime que ego dixi in sin.
meo.lxxiiij.incip.tu habes regulã ⁊c.vbi posui plura circa mate-
riã regule semel malus.de reg.iur.in.vj.⁊ in.l.maritus in.vj.colũ.
in ver.modo queri potest ⁊c.ff.de qõ.vbi similiter plura posui cir
ca materiã dicte regule semel mal⁹.¶ Addo etiã ꝙ forte posset
dari alius casus in quo reus nõ esset fideiussorib⁹ relaxãdus etiã
vbi tractat̃ de pena pecuniaria vcz in casu quo reus esset captus
pro crimine falsi ⁊ pena esset pecuniaria ex forma legis vel statuti
nã tale crimẽ falsi est enorme:⁊ ꝑpter eius enormitatẽ hz aliqua
8 specialia vltra alia crimina:vt † ego dixi in sing.meo.clxiij.incipi.
crimẽ falsi ⁊c.⁊ habet̃ per do.Nel.in trac.bãnitoꝝ.in.iij.parte scdi
tpis.in.q.xij.⁊ que ego dixi in.l.j.§.si seruus.in.iij.colũ.in fi.ff.de
qõ.¶ Et scias ꝙ illud qd dixi.s.ꝙ nõ valet fideiussio facta pro ali
quo vbi agitur de pena vite vel mutilationis membrorum est ve-
9 rum.tñ hoc fallit † nisi cõsuetudo esset in contrarium qr tũc valet
talis fideiussio:ita dixit glo.sing.in.d.c.cũ hõ.xxiij.q.v.quã refert
⁊ sequit̃ Ludo.ro.in sing.suo.cxx.incip.tu scis ꝙ in causa crimina
li ⁊c.⁊ domi.Augu.de ari.in tract.Ange.de are.super maleficijs.
in verbo pro quibus Antoni⁹ fideiussit in prima addi.¶ Item
scias etiã ꝙ si iudex maleficioꝝ pro capto acceptauit fideiussores
10 nõ idoneos ⁊ captum relaxauit † ꝙ nihilominus poterit iterum
reũ capere ⁊ facere qd iteruz prestet fideiussores quibus prestitis
primi fideiussores etiã sunt obligati:ita dixit Bal.in.l.j.in.j.col.
ff.si quis in ius voc.nõ ierit.qd dictũ refert ⁊ sequitur do.Aug.de
ari.in addi.ad trac.Ang.de are.super maleficijs in verbo fama pu
blica.in.xj.char.in addi.inci.tu aũt in hac materia adde primo ꝙ
lz ⁊c.circa fi.illius Addi.¶ Scias etiã ꝙ in casu in quo reus põt
relaxari fideiussoribus:poterit etiã relaxari sine fideiussorib⁹ dũ-
11 modo ipse reus † det pignora que loco fideiussoris subrogantur:
ita notanter dixit Bald.in.l.j.ff.qui satis.cog.⁊ voluit glos.et ibi
Pau.de ca.in.l.more romano.ff.de ferijs.Quinimmo dixit Bar.
in.l.si vero.in.§.qui pro rei qualitate.in.iij.no.ff.qui satis.cog.ꝙ
si reus qui dz relaxari datis fideiussoribus vult dare pignora loco
12 fideiussorũ ⁊ iudex nõ vult eum † relaxare, ꝙ poterit agere cõtra
ipsum actione iniuriarũ.qd est no.¶ Adde etiã ꝙ carcerat⁹ pro
13 delicto.vel ꝑ debito ciuili dz statim relaxari cum † cõstat eum nõ
deliquisse vel debitorem nõ esse nõ expectata alia interlocutoria.
ita ꝓbat text.in.l.ij.C.de exhib.reis.in fi.quẽ text.ita intelligit et
ad hoc allegat Lu.ro.in.l.ij.in.iiij.col.ff.si quis in ius voc.nõ ierit
⁊ Jac.but.Bar.⁊ Bal.in.l.sed ⁊ his.ff.de in ius voc.⁊ Alex.in cõ
si.suo.clxxix.incip.in causa angeloꝝ.in pe.colũ.in princ.in.ij.vol.
l.j.ff.de cust.reo.in.ij.apostil.pro quo etiã allegat dicta per Bart.
in.l.qui vir.ff.de penis.¶ Et scias etiã circa hãc materiã ꝙ carce
14 ratus qui de proximo est relaxandus nõ est detinendus † nec cu-
stodiẽdus sub tã magna ⁊ stricta custodia ꝑut antea.ita dixit gl.
in.l.si pecuniam.in.§.si acceperit.in verbo carcere.ff.de condi.ob
cãm.⁊ ibi doc.⁊ Lu.ro.in.l.in lege.ff.ad sille.de quo etiã per Jas.i
15 d.l.si pecuniã.in.d.§.sed si acceperit.¶ Et idẽ dicas in sene † ⁊ in
infirmo carceratis qui nõ sunt ita stricte custodiẽdi sicut iuuenes
⁊ sani.ꝺm glo.⁊ doc.in.l.si vt certo.in.§.j.ff.commoda.¶ Et scias
etiam ⁊ semper mẽti habeas ꝙ lz vbi tractat̃ de pena corporali im
ponẽda nõ sit reus fideiussorib⁹ relaxãd⁹ vt iã satis supra dixi.at-
tamẽ talis reus qñq3 est relaxãdus añ sñiam etiã sine fideiussorib⁹
16 ⁊ hoc euenit † qñ ante sententiam apparet ipsum oĩno esse absol
uendũ:vt qñ est publicatus processus.ita no.dixit Bal.in.l.sed si
is.ff.de in ius voc.vbi dicit de hoc esse text.in.l.nullus.C.de exhi.
reis.in ver.donec reperierit ⁊c.⁊ ibi Bal.⁊ idẽ dixit Bal.in.l.si qs
post accusationẽ.ff.de testa.ꝑ quo est bon⁹ tex.i.l.qui pene.§.j.ff.
de manumis.⁊ hoc etiã firmat Lu.ro.in sing.suo.ccccxcij.inci.accu
satus de crimine capitali ⁊c.qd est sing.notã.in practica.Nam qñ
es aduocatus alicuius accusati vel inquisiti de crimine capitali:⁊
ptz ex ꝓcessu ꝙ ipse venit absoluendus ⁊ liberandus:vt qr plene
ꝓbata est innocẽtia sua:certe hoc casu tu potes petere a iudice vt
dictũ reum relaxet de carceribus etiã anteq̃ sit liberatus diffiniti
ue per sententiã:⁊ iudex tenet̃ eũ relaxare ꝺm Bal.in dictis locis.
Et ego al's hoc pluries practicaui ⁊ obtinui in cõtingentia facti.
Et hãc partem tenuit do.Bene.de plumbino.in.d.l.qui pene.§.
j.ff.de manumis.quẽ refert ⁊ sequit̃ Jason.in.l.naturaliter.in pri.
in.xxij.col.in ver.tu cõfirma cõclusionem Bar.⁊c.ff.de acqui.pos.
vbi alia plura adducit ꝓ hac doctrina.pro qua etiaz faciũt q̃ dixi
in sing.meo.cvj.incip.q de proximo est cingendus ⁊c.¶ Et scias
etiam ꝙ qñ reus est fideiussoribus relaxandus si iudex nõ vult eũ
17 relaxare † põt cõtra eũ agi actione iniuriarũ in sindicatu ꝺm An-
ge.de are.in trac.malefi.in verbo,pro quib⁹ Antonius fideiussit.
ver.⁊ nota ꝙ si aliquis ⁊c.alleg.Barto.in.l.si vero pro condẽnato.
§.j.ff.qui satis.cog.de quo etiam dixi.s.in.§.pro complemẽto.nu
mero.xxxij.ad quod etiã vide que dixi in repe.mea rub.ff.de fide-
iusso.in.xxxj.qõne.¶ Item scias etiam qd si aliquis fuit indebi-
te carceratus non seruata forma statutorum adeo ꝙ debeat rela-
xari incõtinẽti:debet tñ hoc fieri autoritate iudicis ⁊ nõ propria
18 autoritate † custodis carcerũ vel alteri⁹ ꝺm Pet.de ancha.in cõsi.
suo.cccxlj.inci.viso themate ⁊c.in fi.⁊ Ang.de are.in tractatu ma-
lefi.in verbo fama pub.in.xiiij.charta.ver.⁊ aduertas tu iudex.et
Jo.de ana.quem vide in cõsi.suo.liij.incip.visis ⁊c.ante fi.de quo
etiaz dixi.s.in.§.oportune.nu.xix.¶ Ulterius scias ⁊ menti ha-
19 beas ꝙ carcerat⁹ omni die dr grauari † ⁊ ideo tanq̃ a nouo graua-
mine põt omni die appellare ꝺm Spec.in ti.de appel.in.§.restat.
ver.⁊ nota.⁊ ver.⁊ qd dices ⁊c.⁊ voluit glo.in simili.⁊ ibi doc.in.l.
ij.C.de serui.⁊ aqua.⁊ Bald.in.l.ij.in.ij.col.in fi.ver.scdo q̃ro.C.de
epi.audi.⁊ in.l.j.C.sen.rescin.non pos.⁊ do.Philip.de perusio.in
in.c.sup eo.in.ij.col.de app.⁊ in.c.ex parte.eo.ti.in prima char.de
quo etiã per Bar.in.l.ij.ff.si quis in ius voc.non ierit.⁊ per eundẽ
Bar.in trac.suo de carceribus.in.ij.col.in prin.⁊ ꝑ Bald.in addi.
Spec.in ti.de app.in ver.a grauamine ⁊c.⁊ in ver.si iudex ⁊c.⁊ per
Bal.in.c.de testib⁹.extra de testi.⁊ per do.Ant.⁊ Jo.de imo.in.c.
causam.de elec.⁊ per Jo.an.in.c.dilectus.el.ij.de rapto.⁊ ꝑ Ang.
in aut.hodie.C.de appel.⁊ per do.An.in.c.fi.in.iiij.col.de ferijs.⁊
per Alex.satis late.in.l.inficiãdo.in.§.infans.ff.de fur.⁊ in.l.j.§.
j.ff.de ferijs.⁊ in.l.eum qui.§.in popularibus.⁊ ibi Pau.de cast.
post glo.ff.de iureiur.⁊ per Ange.de are.in tract.suo maleficioꝝ.
in verbo:qui iudex dictum Sayum detineri et carcerari iussit.in
pe.col.in ver.quero aliqs captus est ⁊c.⁊ ꝑ Car.Alex.in.c.ex par-
te tua.in.j.⁊.ij.col.de appel.⁊ per Jas.in.l.exigendi.in.iij.colũ. de
ꝓcu.⁊ per do.Feli.in.c.exceptionem.in.vij.col.ver.fallit tertio.de
excep.⁊ ꝑ eũdẽ.in.c.accedẽs.el.ij.in.vij.col.vt lite nõ cõtest.vbi la-
tissime loquit̃ in materia ista:⁊ adducit plura similia.Dicit enim
idẽ dicẽdũ esse ĩ exceptiõe loci suspecti:qr hz grauamẽ successiuũ.
⁊ ideo talis exceptio põt qñcũq3 opponi:ita tenet ꝺm eum Spec.
in ti.de citatione.in.§.j.in verbo quid si reus.⁊ do.Ant.⁊ Joã.de
imo.in.c.exceptionẽ.de excep.⁊ Lud.ro.in.l.recusare.in.§.si quis
alio.ff.ad trebel.⁊ Jo.de imo.in cle.j.in.ij.col.post Pau.ibi de fo.
cõpe.Itẽ adducit etiã Ange.post Bald.in.l.j.in prin.ff.de ferijs.
vbi dicit qd citatus tpe feriarũ q in prima cõparitione non oppo
suit:põt tñ in scda opponere de ferijs.allegat etiam ipse do.Feli.
Bal.in.l.eleganter.in.§.si qs post.in.ij.col.ver.querit̃ quid si post
litẽ.ff.de cõdi.indebi.in apostil.vbi dicit qd licet delatoria super-
ueniẽs post lit.cõtestatã debeat incõtinenti opponi.c.insinuãte.
de offi.deleg.tñ fallit in exceptione habẽte cãm cõtinuã ⁊ successi
uã vt qd nõ audiat̃ bãnitus.⁊ dicit ibi Bald.ꝙ sunt aurea verba
Jaco.but.ibi:adducit etiã do.Feli.in.d.c.accedẽs.Lapum.alleg.
lxxxviij.incip.cõe Florentie ⁊c.iiij.col.vbi dicit qd semel tractus
vltra vnam dietã qui in illo actu nõ opposuit põt in alio oppone
re.Itẽ adducit.d.Ant.in.c.ex parte.i.xij.col.de rest.spo.vbi dicit
qd qñ lego quotidie originat̃ vt in cã matrimoniali in qua quoti
die fit offensio aĩe semp põt peti restitutio in integrum etiã post
quadriẽniũ.Itẽ adducit Bal.in.l.vis eius.circa me.C.de proba.
vbi dicit qd lz defensio nõ fiat ex interuallo:tñ durãte offensione
cõtinua potest fieri defensio ꝙ dr incõtinenti propter offensionem
hodie imminẽtẽ.adducit etiã Bal.in.c.in literis.in.j.col.de resti.
spo.vbi dicit qd hostes publici q latrocinãdo inuadũt castra alie
na possunt expelli etiã ex interruallo cũ sint in perseuerãtia deli-
cti.⁊ ad hoc no.glo.sing.ibi ad qd dicit etiã videndũ esse tex.⁊ ibi
Bar.in.l.iij.in.§.cũ igit̃.ff.de vi ⁊ vi arma.cũ cõcordan.de quibus
ibi per Alex.in apostil.Itẽ adducit etiaz do.An.in cõsi.suo.xxij.
incip.visis punctis.in.iij.col.vbi propter dicta doct.in.c.dilectus
de rescrip.el.ij.attentauit dicere ꝙ prelatus qui recepit pensio-
nem rei male alienate ab emphitheota potest hodie desistere et
priuare eum quasi etiam hodie res sit conducta:et dicit videri
quasi casum.in.c.potuit.de locato.vbi imponitur pena emphi-
theote nisi celeri satisfactione prouideat: ergo pena non solum

surgit ex momento alienationis: sed etiam ex cōtumacia non corrigentis errorē: de quo dicit in specie vidēdum esse Bal. ⁊ Imol. in. l. menius. §. duobus. ff. de leg. ij. ⁊ Imo. in. d. c. potuit. in. iij. col. ista supradicta oīa refert do. Feli. in. d. c. accedēs. el. ij. i. vj. col. vt lite nō cōtest. Ego autē vltra eū adduco in simili not. verbū Ange. in aut. de instru. cau. ⁊ fide. in. §. i his vero. in fi. vbi dixit, no. singulariter ex fine hui⁹ gl. ꝙ si tu pduxisti cōtra me instr̄m in quo cōtinebat aliquid annuū me tibi debere dare: ꝙ lz vigore dicti instr̄i fuerim tibi cōdēnat⁹ ad primā vel secūdā annuā prestationē ex eo qḋ nō opposui aliud cōtra dictū instr̄m ꝙ si vigore dicti instr̄i tu agis contra me ad alias prestationes annuas q̄ in. d. instr̄o cōtinētur ꝙ ego possum opponere cōtra dictū instr̄m ⁊ ip̄m negare publicū ⁊ publica manu scriptū: qḋ est not. ⁊ ista sunt q̄ p̄sentialiter mihi occurrūt circa istud grauamē successiuū. ¶ Modo vlterius circa hāc materiā carceratorū queri pōt an carceratus possit citari. 20 † in quo Bar. ⁊ Sali. in. l. ij. ff. de in ius vo. dicūt ꝙ talis carceratus nō pōt citari: ⁊ si citat talis citatio nō valet: ⁊ idē tenet Pau. de cast. in cōsi. suo. xlj. inci. visis actis ⁊ actitatis in captura thomasij ⁊c. i fi. ⁊ Bar. i cōsi. suo. ccxxviij. inci. Catharina accusauit ritā ⁊c. Sed cōtrariū tenet Bar. ⁊ meli⁹ ꝟm Jas. in. d. l. ij. in. l. is q reus. in vlti. col. ff. de pub. iud. per glos. fi. ibi in fi. vbi dicit ꝙ immo carceratus pōt citari ⁊ debet cōparere per pcuratorē. Itē Pau. de cas. in. d. l. ij. ff. de in ius voc. ⁊ in. l. quesitū. ff. si qs cautio. dicit se vidisse de hoc dubitari Florētie vbi multoties pcedit cōtra eos q sunt in carcerē: ⁊ tenet ꝙ si sit iuste carcerat⁹ ⁊ habeat facultatē cōparēdi per pcuratorē: q2 ibi sit copia pcuratorū ꝙ tūc sit vera opinio Bar. in. d. l. si is qui reus. sz altero istorum deficiēte pcedit opi. Bar. ⁊ aliorū in. d. l. ij. ff. de in ius voc. Et dicit Jas. in. d. l. ij. in vlti. col. qḋ idē pūctaliter tz. d. Frā. de are. lz nō faciat mētionē de Pau. de cast. in cōsi. suo. cxxxij. incip. cōsultissime dn̄e ⁊c. ⁊ dicit Jas. vbi. s. ꝙ pro hac parte facit tex. in. l. idēq3. in prin. ff. p socio. p quē not. ibi Bar. ꝙ vbicūq3 lex dicit ꝙ aliquis debeat mittere pcuratorez debet intelligi si erat ei facile inuenire idoneū pcuratorez. ⁊ dicit Jas. tenēdū esse cōtra Bar. i. d. l. ij. ⁊ dicēdū esse ꝙ ille q est in carcerē possit citari: ⁊ dz cōparere p procuratorē: vt est gl. in. l. ij. C. ex q̄bus cau. maio. ⁊ dicit ꝙ ita etiā tenet Bal. ⁊ Lu. ro. i. d. l. ij. ⁊ Bal. i. c. dilecti. i. ij. col. de app. ⁊ in. l. nemo carcerē. C. de exac. tri. lib. x. ⁊ in. l. ab eo. in. ij. colū. C. qūo ⁊ qn̄ iud. ⁊ Ange. in cōsi. lxvj. inci. statutū seu ordinamētū ⁊c. ita residet do. Jas. in. d. l. ij. ff. de in ius vocā. ¶ Et sic in hac qōne cōis ꝯclusio est ꝙ carceratus pōt citari ⁊ dz cōparere per procuratorē qn̄ iuste est carceratus. Ex qua cōclusione ego nouiter affirmo illud qḋ dixi. s. in. §. sequitur. nu. 31. cū pluribus numeris ibi sequētibus: 21 vbi dixi ꝙ accusatus † nec inquisitus de crimine capitali cōtra quē procedit si est ab aliquo alio iudice carceratus ex aliqua causa potest tunc in ipsa causa criminali accusationis vel inquisitionis cōparere per procuratorē ꝟm Ange. per illū tex. in. l. eos. in. §. super his. circa fi. C. de app. de quo latissime dixi. s. in. d. §. sequitur. nu. 31. cū sequentibus ibi. ¶ Vlterius quero an carcerat⁹ 22 possit contrahere † vel se obligare dū est in carceribus: in quo dicas remissiue loquendo: vt per doc. in. l. q in carcerē. ff. quod met. cau. ⁊ per Bart. in. l. qui neq3. in. §. solutū ff. de verb. signifi. ⁊ p Ang. in. l. nemo carcerē. C. de exac. trib. libro. x. et in disputa. sua inci. renouata guerra. Bald. in. l. vnica. in. iij. char. C. de confes. Ange. de are. in tracta. maleficiorū. in verbo qui iudex dictū Saiū detineri ⁊ carcerari fecit. in vlt. col. versi. an autē carceratus. ⁊ ibi in addi. ⁊ docto. cōmuniter in dictis locis tenent ꝙ non valeat cōtractus factus a carcerato regulariter. ¶ Quod tamen fallit in aliquibus casibus: et primo nisi contrahat cū alio q̄ cum illo qui fecit eum carcerari: vel si cum illo non sit indebite carceratus: nam si est debite carceratus valet contractus etiā cuz illo qui fecit eum carcerari ꝟm Bart. in. d. l. qui neq3 in. §. solutum ff. de verbo. signifi. ⁊ in. d. l. qui in carcerem. ff. ꝙ met. causa. ¶ Itē fallit nisi in vtilitatem ipsius carcerati fieret contractus: vtputa 23 pro eo excarcerando, † q2 tunc valeret talis cōtractus ꝟm Bald. sin. in rubri. C. de rescin. vēd. ante fi. ver. itē requirit ꝙ ille ⁊c. ¶ Itē fallit nisi cōtractus q fit ab ipso carcerato sit iustus: q2 tunc valet ꝟm Bald. in. trac. scismati. in. xij. col. ⁊ in. l. j. in. j. colū. ad fi. versic. reuoco igitur in dubiū ⁊c. C. si quis aliquē testa. phibue. Et in materia vide etiā Bar. Bal. Ang. ⁊ Jo. de imo. ⁊ alios in. l. qui latronibus. ff. de testa. Bal. in. l. necnō. §. j. ff. ex quib. cau. maio. Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. ⁊ cleri. et vide Bald. in. l. ab eo. in penul. colū. in ver. ex his apparet. C. quomodo ⁊ qn̄ iudex vbi not. loquit. 24 Sed iuxta predicta pōt dubitari † an ille dicat carceratus qui p modicū spaciū ⁊ per modicā distātiā relaxat de carceribus: sed tn̄ habet penes se semper custodes vt aufugere non possit vt quotidie fieri videmus: in quo dicas ꝟm do. Abb. i. c. accedens. extra de procu. ꝙ nō valet contractus factus a tali calcerato qui eximitur de carcere, ⁊ statim facto contractu reponit in ipsis carceribus: q2 nō dicitur relaxatus: sed imo magis carceratus dicitur: et dicit ibi ipse Abb. ista formalia verba vcz tertio nota ⁊ tene mēti ꝙ is qui tenet aliquē restituere libertati nō libera-35 tur † ab obligatione simpliciter illū relaxando in suo territorio: sed debet illū facere secure cōduci extra territoriū suū ad locū vbi possit secure morari. nā cum est in territorio aduersarij non dicit esse in sua libertate cū possit de facili retinere: ar. optimum in. c. fi. de resti. spol. ⁊. l. liberationis. cū. l. sequē. ff. de verbo. signi. vbi tex. 26 not. dicit † ꝙ nō dicit liberatus qui relaxat a vinculis sed custoditur in publico: ⁊ facit hoc cōtra practicā quā solent pleriq3 adhibere: nā si detentus in carcerem vult aliquem contractū facere faciunt ipsum extrahi a carceribus ⁊ ibi custoditur per familiā nam certe nō potest dici liberatus vt hic: ⁊ in dicta. l. liberationis cū sequen. et not. Bart. in. d. l. qui in carcerem. ita formaliter dicit Abb. in. d. c. accedēs. iij. no. de procurato. quam doctrinā refert et sequitur do. Feli. i. c. innouamus. de treu. ⁊ pace. circa prin. p qua facit optime text. in. l. succurrit. ff. ex quibus causis maio. vbi dicitur ꝙ qui aliquo modo distringitur vt euadere nō possit dicitur carcerat⁹. ⁊ facit qḋ voluit Bal. in. l. fi. C. de postlimi. reuer. in ver. collige. vbi dicit ꝙ ille dicitur detineri inuitus qui nō permittit abire ⁊ ad propria redire: et faciūt etiam dicta p Alexan. in. l. si vt certo. in. §. custodiā. ff. cōmo. ⁊ per Ange. in. d. l. qui in carcerē. ff. ꝙ metus causa. Contra predicta tamē videtur facere gl. in. l. fi. C. de curiosis. lib. xij. que dicit ꝙ positus sub custodia si nō tenetur districtus nō dicitur carceratus. Tamē Cardi. alexan. in. c. super eo. in. ij. col. de appel. in fi. dicit ꝙ contra. d. glo. faciūt dicta p Ange. in. d. l. qui in carcerē. et dicta p Joā. de imol. in. l. qui a latronibus. ff. de testamē. et per Jo. an. in. c. ij. de sen. excō. et sic Cardi. alexan. in. d. c. super eo. nō tenet dictam glo. sed potius eā improbat de qua materia vide etiam Ange. de are. in tracta. suo maleficiorū in verbo, qui iudex dictum Saiuz detinere ⁊ carcerari iussit in vlti colū. in ver. ⁊ aduertas ⁊c. et ibi etiam in vlti. versi. ⁊ ibi in addi. et vide etiam Ange. de aret. in dicto tracta. in verbo fama publica. in. xiiij. char. in versi. quinto etiā aduertā ⁊c. circa fi. ⁊ Jas. in §. rursus. in. ix. col. institu. de actio. ⁊ dominū Philip. deciū in cōsi. ccxix. incipien. viso puncto. in. iij. col. ver. quarto bn̄ facit ⁊c. et Corset. in no. in vbo custodia. ¶ Scias vlteri⁹ ꝙ actus factus a 27 carcerato † nō dicitur actus spōtane⁹ † sed potius meticulosus 28 seu coactus: quoniam carcer est species torture ꝟm Bal. in. l. si clericus. in. ij. colum. ver. primo queritur. C. de epis. audi. ⁊ Bal. in. l. j. C. qui ad li. perue. nō pos. vbi dicit ꝙ mortuus in carcerez dicit mortuus in cruciatu. Et ideo dicimus ꝙ sufficit pbare quē fuisse 29 detentū: lz aliter nō pbetur tortura ad † hoc vt dicatur cōfessio facta metu tormentorū: ꝟm Barba. in. c. si cōstiterit. in. v. colum. extra de accus. Pro quib⁹ faciūt optime que ego dixi in. l. j. in. §. diuus seuerus. in. j. col. ff. de questio. ⁊ dicta per Alex. in consi. suo cclxxv. incip. viso themate. in. vl. col. vbi oīno vide. et faciūt etiaz que dixi in consi. meo. xviij. incipi. requisitus vt dicā ⁊c. in. j. char. in ver. ⁊ lz ipse Petrus. ⁊ que dixit do. Philip. de perusio in. c. super eo. in. j. col. de ap. Et vide Do. de san. Ge. sing. loquentē in cōsi. suo. xv. inci. reuereñ. pater. in. iiij. col. ver. sup scdo dubio ⁊c. vbi inter alia faciētia ad hāc materiā dicit ꝙ detentio q̄ fit in aliquo loco inuito detēto dicit cōtinere cruciatū corpis: ⁊ vide que dixi s. in §. expedita. nu. xj. ⁊ ibi. nu. xiij. ⁊ nu. xv. q̄ oīa teneas mēti propter cōfessiones reorū detentorū seu carceratorū q2 licet nō fiant realiter cū tortura tn̄ non dicunt spontanee sz poti⁹ coacte ⁊ meticulose. Nam nemo est ita simplex ⁊ fatuus qui cōfiteatur spōte et sine aliquo metu illud qḋ cōducit eū ad mortē: vt dicit Alex. in. d. cōsi. suo. cclxxv. inci. viso themate ⁊c. ante fi. Et vide omnino que ego dixi in. l. j. in prin. in. xij. col. quinimmo dico. ff. de q̄stio. ⁊ vide Bal. in. l. imperiuz. ff. de iur. om. iu. vbi dicit ꝙ pena ppetui carce-30 reris equiparat † morti. ad qḋ allegat Inno. in. c. qualiter ⁊ qn̄. de accusa. quos refert ⁊ sequitur do. Aug. de ari. in trac. Ang. de are. sup maleficijs. in verbo fama publica. in. xiiij. char. in. ij. addi. Et vide etiam Specu. in ti. de his qui met. cā fiūt. in. §. j. in ver. actor ⁊c. 31 vbi. dicit ꝙ carcerat⁹ † pōt allegare iustū metū. qḋ est no. ¶ Que-32 ri etiā pōt an carcerat⁹ p aliqua cā ciuili vel criminali † possit p alia causa in carceribus recōmendari: in quo dicas qḋ carceratus pro debito fisci pōt pro debito priuati recōmendari. ꝟm Bart. in trac. suo de carceribus. in vlti. col. ad quod alleg. tex. in. l. quoties. C. de exac. tribu. ⁊ no. in. l. saccularij. ff. de varijs ⁊ extraor. cogni. Et ibi subdit ꝙ carceratus pro debito potest pro delicto recommendari. ad quod allega. not. in. l. iij. ff. de custo. reo. et idem dicit ecōtra vcz ꝙ si esset carceratus pro delicto ꝙ posset pro debito re-33 commendari. Querit postea ipse Barto. an carceratus † pro vno delicto possit pro alio delicto recommendari: in quo facit quandam distinctionez de qua ibi per eum. ¶ Sed dubitari potest an 34 carceratus iniuste † possit pro iusta causa sibi recōmēdari. de quo late per Bart. qui arguit multum subtiliter ad partes in questione sua incip. lapus carceratus: ⁊ vide Barto. ⁊ Ang. in. l. cū vnus. in prin. per illum text. ff. de bo. auto. iudi. pos. ⁊ Sali. in. l. fi. C. eo. ti. in fi. ⁊ Bald. in aut. ei qui iurat. in. iiij. col. eo. titu. ⁊ Bal. in. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. ⁊ in. l. quicunq3. in prin. ff. de in ius vo. ⁊ Alex. in consi. clviij. incip. circa primum dubium. in vlti. colū. et

Bar.in consi.suo incip.an positus in carceribus.⁊ in.l.fi.ff.de bo.
pos.cōtra tab.⁊ in.l.ij.in.§.exhibendi.ff.de custo reo.⁊ in.l.sed exi
mendi.in.§.item si quis.ff.ne quis eū qui in ius voc.Bar.⁊ Bal.
in.l.pe.§.fi.ff.quod met.cau.⁊ per do.Albe.de cataneis excellen-
tissimū docto.Bononiēsem.in.l.j.in.ij.col.in ver.itez infertur.C.
de carbo.edic.⁊ per Ang.in.l.si vacantia.C.de bo.vac.⁊ in.l.nemo
carcerem.C.de exac.tribu.in pe.col.Itē de hac materia vide Bar.
in.l.si cui.in.§.fi.ff.de accu.⁊ Raph.post alios in.l.j.ff.nil not.ap.
pen.⁊ Bal.in.l.qꝛ pleriqꝫ.ff.de in ius voc.Ang.in.l.ij.in.§.fina.ff.
de cust.reo.Bald.in.l.pe.⁊ fi.ff.quod met.cau.Ange.de are.ī trac.
malefi.in verbo,fama publica.in.x.char.in ver.vij.nota ⁊c.❡An
35 aūt talis† recōmendatio possit fieri die feriata.Bal.in auť.ei qui.
C.de bo.auto.iudi.possi.in.iiij.col.ver.quero dictat statutū ⁊c.te-
net ꝙ nō:quē refert ⁊ sequiť Alexan.in cōsi.suo.clviij.incip.circa
primū ⁊c.in.iij.colū.in.ij.volu.vbi plura alleg.de quib⁹ ibi p eum.
❡Queri etiā potest vltra premissa qua pena puniatur fugiēs de
36 †carcere:ī q̊ dicas ꝙ puniť pena mortis.Itē dicit tex.in.l.j.circa
prin.ff.de effrac.⁊ expila.⁊ habeť.ī.l.ī eas.ff.de cust.reo.⁊ est tex.in
l.milites agrū.in.§.cū tñ.ff.de re mili.⁊ voluit Bar.in trac.de car
cerib⁹.ī.iij.co.de quo etiā p Ang.de are.in trac.maleficiorū.ī x.fa
ma publica.ī.ix.char.⁊ ibi ī.j.addi.vbi ad hoc etiā alle.Saly.ī.l.j.
ī.vij.no.C.de fal.mo.⁊ alia de qb⁹ ibi p eū.Sz pdicta ītelligas ī frā
gente carceres ⁊ postea fugiēte.nā talis punitur pena capitis.Sz
secus puto esse in carcerato qui reperit ostium apertū ⁊ tūc aufu-
7 git† qꝛ talis mitius puniť per tex.in.d.l.j.§.j.ff.de effrac.et expil.
⁊ voluit Bar.in.d.tract.de carceribus.in.iij.col.de quo etiam per
Raph.cu.in.ɔsi.suo.cv.inci.casus ⁊c.Itē intellige etiā pdicta eē
38 vera et locū habere in carcerato iuste ⁊ debite.†secus autez puto
esse in incarcerato indebite et iniuste.qꝛ si talis iniuste ⁊ indebite
carceratus frāgit carceres et aufugit non cadit in penā predictā.
Et ad hoc dicēdū moueor ex dictis ⁊ allegatis p.d.Aug.de ari.in
addi.ad tracta.Ang.de aret.sup maleficijs.in ver.fama publica.
in.xiij.char.in vlti.addi.quē vide.Itē moueor etiā ex sing.doctri
na Inno.in.c.si qñ.de offi.delega.quā p sing.refert ⁊ sequiť Bal.
39 in.l.aditos.ī.ij.col.C.de epis.audi.vbi dixit ꝙ si reus† cōdēnatus
appellat:vel eius amici ⁊ affines pro eo ⁊ nō obstāte appellatiōe
iudex vult exequi sententiā suā capitalē qd̄ hoc casu poterit sibi
resisti de facto cū iniuste procedat.de quo etiā dixi.s̄.i.§.diligēter
nume.53.Et dixit not.d.Paris de puteo in trac.suo sing.in.xxv.
40 char.in.iij.col.⁊ ibi in.lxxxj.char.in.iiij.col.† ꝙ si iniuste capt⁹ nō
pōt aliter euadere licitū est sibi occidere custodes carceris:nec te-
netur de homicidio:allegat ad hoc tex.in.l.nihil.ff.de capti.⁊.l.ca
pitaliū.in.§.ad statuas.ff.de penis.⁊ gl.in.c.ius gentium.j.dist.⁊
l.j.ff.de his qui ante sen.sibi mor.cōsci.vbi dicitur ꝙ lz quomodo
libet redimere sanguinē suum.quod etiā dixit Bal.in.l.si legib⁹.
C.si cōtra ius vel vti.pub.⁊ Old.in cōsi.suo.liij.incip.cōsueuit du
bitari.in vlti.col.⁊ alleg.etiā do.Par.vbi.s̄.glo.in.cle.ij.in verbo
violētam.de re iudi.que dicit ꝙ licitū est iniuste carcerato rumpe
re iuramentū qd̄ fecit de redeūdo ad carceres.Pro quib⁹ etiā fa-
ciūt dicta per Alexā.in ɔsi.suo.cxliiij.incip.post reditum primuz
consiliū ⁊c.et per Alb.de rosa.in.l.aditos.C.de epi.aud.vbi dicit
41 ꝙ etiā clerici† si vidēt aliquē iniuste cōdēnatū ad mortē possunt
eū de facto eripere de manibus familie.allegat.c.hi qui.xiiij.q.vj.
et Archi.in.c.cū homo.xxiij.q.v.qd̄ etiā dixit glo.in.c.nō inferen
da.xxiij.q.iij.Et subdit.d.Paris in.d.suo tract.sindic.in.d.lxxxj.
42 char.in.iiij.col.ꝙ capite puniť† captus iniuste si nō frangit carce
res cū pōt.ad qd̄ allegant tex.no.in.l.nō oēs.in.§.qui captus.ff.
de re mili.vbi tex.et glo.no.Pro quibus vide etiam que ego dixi
in.l.j.in.vj.col.cū seq.C.de execu.rei iudi.et in.l.j.in princ.vij.col.
in ver.tñ ista possunt ⁊c.ff.de questio.⁊.s̄.in.§.diligēter.nu.36.et
43 37.❡Quādo aūt quis dicať iniuste† carceratus:vel qñ iudex di
catur iniuste facere.dicas ꝙ tunc qñ nō fuit seruatus ordo iuris
fm Jo.an.et Gemi.in.c.dilecto.de sen.excō.in.vj.et Ang.in.l.j.ff.
ne quis eū qui.et Ang.de aret.insti.de actio.in.§.quadrupli.ī.iij.
char.de quo etiā dixi.in.d.l.j.in prin.vij.col.ff.de qō.❡Scias vl
terius ꝙ iuste carceratus si aufugit de carcere vltra supradictam
44 penam† etiam habetur pro confesso.ita dicit tex.in.l.in eos.ff.
de custo.re.et in.l.milites agrum in.§.penul.ff.de re mili.et voluit
Spec.in ti.de presum.in.§.ij.versi.violenta.et ibi Joan.an in ad-
di.et Ang.de are.in trac.malefi.in ver.fama publica.in.xiij.char.
in versi.tertio quid si quis.et ibi do.Augu.in addi.qui hoc intel-
ligit iniuste carcerato tantum.Item predicta scdm euz intelligū-
tur in frangente carceres:sed secus dicit esse in illo q reperit ostiū
apertum ideo aufugit.ad quod allegat Guil.de cuneo.et Bal.in
l.succurritur.ff.ex quib.cau.maio.et Bal.in.l.admonēdi.ff.de iu
reiuran.et Ange.in.l.j.ff.de effra.et expila.nam talis sic fugiens
45 aperto carcere† non habetur pro confesso fm doc.in dictis locis.
quod etiam voluit Ange.in.l.verum la.ij.ff.de furtis.et Alexan.
in.l.penultima vbi late loquitur in materia.ff.de custo.reo ⁊ ha-
betur etiam late per Bald.in.consil.suo.ccxxx.incipien.primus
questionis articulus ⁊c.in.j.volumi.vbi dicit ꝙ regulariter fu-
giens de carcere habetur pro suspecto nō aūt pro cōuicto.allegat
§.si vero.in auť.de exhibē.reis.⁊ no.per Cy.in.l.j.C.de rap.virg.
⁊ dicit ꝙ glo.in.l.eos.ff.de custo.reo.que dicit ꝙ fugiens effracto
carcere habetur pro conf[e]sso.dz intelligi hoc modo:vcz qꝛ aut qs
detinetur pro generali i[nq]uisitione:⁊ tunc non habetur pro con
fesso qꝛ ficta cōfessio sicut vera debet cadere super certo.⁊ ideo dz
crimē certum probari:vt in.l.j.C.vt oēs cause tā ciuiles ꝙ̄ cri.⁊.§.
necessitas.in auť.vt iudic.sine quo.suffra.Aut detinetur pro in-
quisitione specialis criminis.⁊ tunc dicit ꝙ aut fugit cū effractio
ne vel cōspiratione et habet locum.d.l.eos aut aliter.⁊ tunc non
habetur pro confesso.puniť tñ pro motu iudicis.vt not.Guil.de
cu.in.l.succurriť.ff.ex quibus cau.maio.ita finaliter tenet Bal.in
hoc.d.suo cōsil.de quo etiā per Bar.in tracta.de carcerib⁹.in vlt.
46 col.❡An autē carceratus† aufugiat periculo potestatis.vide
Bald.in.l.obseruare.in.§.proficisci.ff.de offi.procō.et Flo.in.l.si
bonefidei.ff.de rei vend.Bald.multū not.in predicto cōsi.ccxxx.
inci.primus questionis articulus ⁊c.in.j.volu.❡Sed queri pōt
47 qñ captura est nulla an tunc† custos vel potestas teneať.in quo
Angel in.l.quoties.§.j.ff.de condi.insti.tz ꝙ nō.⁊ voluit Alexā.
in.l.sed eximendi.in.§.itez si quis in fi.ff.ne quis eū qui ⁊c.de quo
etiā vide omnino Jo.de ana.in.cōsi.suo.liij.incip.visis post me.
Et teneas mēti dicta per.d.Bart.cepo.in cōsi.suo.xiiij.inci.pro
declaratione.in.iiij.col.versicu.qꝛ ad hoc vt illa ⁊c.vbi dixit ꝙ ad
hoc vt pena possit imponi ei qui promisit representare captuz ⁊
48 carceratum pro debito non est necesse ꝙ probetur† debito:sed
sufficit ꝙ fuerit captus rite ad petitionem asserentis se creditorē
licet nō sit nec auditur eximens etiam si velit probare ꝙ ille non
erat creditor.allegat.d.l.sed eximendi.§.j.cū.l.seq.ff.ne quis eum
qui in ius voc.vbi Ang.dicit ꝙ hoc est menti tenendū perpetuo
49 ❡Quid aūt in eximente a manibus familie† iniuste captuz an
puniatur.vide do.Mel.in tract.bannitorū.in.ij.parte secūdi tem-
poris.q.xxxj.incip.queritur visum ⁊c.et oīno Pet.de anch.in cō
si.suo.cccxlj.incip.viso themate ⁊c.vltra me.et do.Alexan.in cōsi.
suo.xxxv.inci.viso themate ⁊c.in.ij.col.in.ij.volu.vbi etiā ponit
qua pena puniať eximēs captū de manibus familie vel de carceri
bus de quo ibi per eū.ad qd̄ vide que dixi.s̄.in.§.oportune.nu.
20.❡Item scias etiā ꝙ licet frangens carceres puniatur.vt.s̄.
50 dixi.ita ecōtrario ille qui accusat volentē† frāgere carceres cōse
quitur liberationē.ita dicit tex.⁊ glo.in.l.in eos.ff.de cust.reo.de
quo etiam per Bart.in tracta.de carceribus post med.⁊ habetur
etiaz per scribentes in.d.l.milites agrum.in.§.pe.ff.de re milita.
❡Scias etiam ꝙ mortuus in carcerē presumitur mortuus ab of
51 ficialibus eū custodientibus† nisi ipsi cōtrariū probēt.vcz ꝙ nec
culpa nec dolo suo mortu⁹ est.ita dixit gl.sing.ī.l.cū ita legať.ī.§.
species.ff.de lega.ij.quā gl.p sing.allegauit Ang.de are.in tract.
malefi.in verbo fama publica.in.xiij.char.in ver.secūdo quero ⁊c.
pro qua videť tex.in.l.fi.ff.de custo.reo.et illā glo.etiā pro not.re
fert et sequitur Alex.in cōsi.suo.clvij.inci.in causa et lite vertente
in.ij.col.in.ij.vol.vbi dicit ꝙ Bal.in.d.§.species.dicit ꝙ licet obli
gato ad speciem sufficiat probare interitum:licet non probet ca-
sum fortuitum per.d.glo.tamen hoc fallit in eo qui tenetur ad cu
stodiam ratione officij publici vel priuati:quia non sufficit ei pro
bare interitum nisi probet casum.per.d.glo.quod dicit ibi Bald.
esse in custode carceris et in argentario et in caprario portante
pelles seu coria animalium mortuorum domino.nam quantun-
cunqꝫ constet de interitu nisi probet casum mortalitatis vel simi-
lem casum non releuatur.ita dicit do.Alexan.in.d.consi.clvij.in
ij.colum.Item predictam glo.in.d.l.cum ita.in.§.species.ff.de le
ga.ij.refert et sequitur Joan.de ana.in.c.ad falsariorum.in.j.co-
lum.de cri.fal.et Ange.de are.in tracta.maleficiorum.in versi.qui
iudex dictum Gaium detineri et carcerari iussit in versi.quero ali
quis carceratus.vbi etiam allegat aliqua alia.de quibus ibi per
eum.Et ista dicta in materia carceratoruz magis spectant ad cau
sas criminales ꝙ̄ ad ciuiles.vt de se patet.❡Sed quantū ad cau
sas ciuiles possent etiā aliqua adduci que succincte et summarie
tangā.Et primo possent aliqua adduci circa materiam capti et
52 carcerati pro suspecto de fuga:circa quā materiā vide† q̄ ego di-
xi in.l.si quis ne questio.ī.xxj.col.ver.⁊ primo quo ad personā iu-
dicis ⁊c.ff.de qōni.⁊ vide etiam.Jo.de ana.in cōsi.suo.liij.inci.vi-
